

Este es un tratado que compuso
el doctor palacios Rucinos uno
del Consejo real en rto del
rey catholico cerca de los yn
dios. el qual los de india ayu
da mucho despues a supo las yrra
mas que se usaban en las yndias
pero mucho error en este tratado
siguiendo los errores de los
mistas en especial la de hostosis.

55

66

Mss.
17641

MSI
17641

A

Ad clementissimum inuictissimum &
semper augustum Ferdinandum quantum his
partibus vtriusque Siciliae Iherosolymis & insularum
nuper in oceano reperiatarum similiter & con-
tinentis Regem catholicum, gloriosum, ac felicis-
simum assiduum acerrimumque ecclesie defensore:
Barbararumque gentium dominorem: Ioannes Lupus
de palatio riuos. Decretorum doctor regiusque
consiliarius.

PASCUAL de GAYANGOS

Cum olim sacra tua maiestas inuictissime princeps
Barbaras illas oceanas insulas (quas imperitum
Vulgus indias appellat) suo dominio & potestati
adiicisset: feraces homines ac gentes
in diuersis insulis habitantes: ad legis euangelice
Veritatem euocauit. Ex qua re huius mundi &
futuri seculi gloriam & felicitatem sibi compara-
uit: & mente quidem cum nullae sint maiores diui-
tiae: nulli thesauri nulli honores nullahuius mundi
maior substantia: quam fides catholica quae peccatores
saluat: dignum quippe est: ut a catholico rege ca-
tholica ecclesia per orbem vniuersum cum plebano
effectu dilatetur & illustretur. qui piissimi princi-
pis omnia refundit in Christum: dicens cum pro-
pheta non nobis dominum non nobis sed nomini tuo
da gloriam. Quare tibi gratissimo & acceptissi-
mo deo regi: triumphantes Victorias & mira-
culosa praemia. praeter humanae opinionis spem con-
cedere dignatus est. quomobrem tota Christiana
religio fidei dilationem considerans: exultat
& letatur: gratias summo deo agens: quod talem tamque
celeberrimum sibi prestiterit afflictam. A tempo-
re enim quo ille angelus sathanae ac scelearum princeps

machometus: legem suam quasi sententiam omnium
heresim publicavit: Sola mater ecclia amulio Christiane
religionis principe. tantam suscepit letitiam: q̄ a te
regum & principum nobilissimos ac famosissimos.
Itaque merito a sede apostolica rex catholicus antho
nomathice vocatus es: eoque catholicam fidem omni
virtute qua potui scilicet: iam pridem dilatasti: & q̄
plurimum magni fecisti. Unde cum dicitur rex
catholicus: vice proprii nominis: significatur perso
na serenissimi regis hispaniarum. ut autem diebus
consuleret: insularum q̄ salutem prospiceret: insulas
illas per viros adoneos expertosq̄ gubernari iussit.
Ex illa tñ gubernatione incommoda plura regum
animum graviter pulsantia paulatim exorta fuerunt.
Quibus preterea tua succurrere volens: & in futurum preveniens:
certior fieri summo opere cupit: quoniam modo insulares
gubernandi: & in fide nra struendi sint. que item sex
uitia & que tributa ab illis exigere: que etiam onera
eis imponere liceat: quatenus populi sibi adeo &
ecclia Romana suprema fide comissi: debitam valeat
reddere rationem. Cuius reversionem mihi sumendam
precepit: & non tam discendi q̄ cognoscendi causa:
litteris comprehendere iussit. Onus quidem grave:
& pro rei novitatem materiq̄ difficultatem: vi
ribus meis valde impar. In cuius primordio certavi
ut sepius devotio cum pudore. Quid enim au
datus: ac temeritate plenus: q̄ ut ego pusillus homo
& parum datus de tanta re tanto tamq̄ supremo
principe disseram. de cuius amplissima dignitate dispu
tare: sacrilegium & temerarium (nisi ipse iussisset)
merito iudicaretur. Et rursus tanti principis non
obedire mandatis: enorme atq̄ periculosum crimen
videbatur: cum solius principis sit iurare: & subdi
torum iussa aspersere. Princeps siquidem est publica
potestas in terris: & diuine maiestatis imago: cui

necessario

2
necessario parendum est. Unde qui eius potestati
resistit: dei ordinationi resistit: ait apostolus. Verus
enim obediens non habet velle nec nosse: quia in
superioris manibus se totum tradidit. Quo fit: ut
obediencia victimis omnino preponatur q̄ per eam
propria voluntas: per victimas vero aliena caro
mactatur: ut Gregorius in moralibus transcribitur
in c. sciendum. §. q. 1. inquit. Verus enim obediens
ut ait Bernardus in libro de consideratione ad Eugenium:
nescit moram nec mandata procrastinat: sed au
res parat auditui: oculos visui: manus operi: pedes
itinari: & sic se totum interius colligit: ut impe
rantis adimpleat exterius voluntatem. hec ille.
Unde merito obediencia non solum virtus: sed virtu
tum mater & custos perhibetur. In hoc igitur tan
duro certamine: cessit tandem devotioni pudor: miro
itaq̄ pudore timore in parendo audax factus sum:
dum melius videri audax si negassem. Ad quam qui
dem audaciam regia humanitas tua me animavit:
& ad inchoandum devicit. & q̄ plura ac peregrina
& propterea legentibus forsam iucundiora sese
dicenda offerendam: Caccidit enim mihi hanc provin
tiam intranti: sicut venatori ad copiosam siluam
accedenti contingere solet: Cui plura diversi ge
neris animalia se simul presentant: & pro eorum
multitudine nullam turbatus insequitur: multis
q̄ tractatus modum excederent vitande prolixita
tis gra ommissis: pauca & rei de qua agitur ac mo
diora assumam: & q̄ melius breviusq̄ poterit
perstringam. Iurebit tñ si mihi concedatur: ad ex
tranea aliquando diuertere: que ad regni huius gu
bernationem necessaria visa sunt: ut libellus iste
non modo q̄ insularis sed etiam aliis utilis reddatur.
Accipiat ergo regalis clementia tua libellum nrum

imo suum suq; maiestati sacratum: & rei sue
auctoritatem imponat: necessariumq; favorem con-
cedat. Nihil enim recte aliquid in humanis agitur:
nisi post deum rex aliquomodo faciat. Sumas
autem & veluti capita eorum que explicantur pre-
posui omnium: ut qñ sua maiestas per suas occupa-
tiones minus plura legere valeat: paucis que libellus
continet: intelligere possit: & que legere placuerit:
facile sine vlla temporis iactura inveniatis.



Libellus de insulis oceanis quas vulgus ^{indias} ap-
pellat per Joannem lopez de palacios ruuios. Decretorum
Doctorem Regiumq; consiliarium editus.

Tractaturus de insulis novis: per Christophoru colon no-
uiter adiuuentis: ut eorum que (deo proprio) dicere consti-
tuit / aequalis habeatur notitia: pauca de illarum situ gen-
te & moribus necessario pretermittenda sunt. Regio illa
vel provincia in qua insule istę de quibus loquuntur sumus
continentur in oceano mari consistit. Quapropter insule
occidentales merito dici possunt quoniam usq; ad ipsos oc-
ceani recessus extenduntur: ut dicit Imperator in aucto-
ritate & ecclesia Romana centu annorū gaudeat prescriptione
& qđ igitur nostra collatione. z. Has Insulas vulgus in-
dias inepte appellat: Indię tamen non sunt. Nam ut his-
toriographi & cosmographi asserunt: tres solummodo indię
reperiuntur. Prima que ad Ethiopiam mittit: Secunda
ad medos: tertia finem facit. Hanc ingressus est Bar-
tholomeus Apostolus. De his facit mentionem sacra scrip-
tura hester. cap. i. in principio et cap. 8. Job. c. 2. &
dicebat beatus Thomas sic ut ex actibus eius legitur: do-
mine mitte me quo vis: preterq; ad indos. De his etiam
loquitur textus in l. i. ff. de censibus. & Hieronimus in
c. legimus ad finem. 93. di. cum dicit: pulegium apud
indos: pipere preciosius est. Vbi etiam de india in alio
proposito mencionem facit. Alij vero ut Pomponius Mel-
la altius exordientes dicunt qđ india est regio occiden-
talis asie: tertiamq; omnium terrarum partem continens:
& tantu littoris spacium occupare: quantum per sexagin-
ta dies noctesq; velificantibus cursus est. Tradunt in
ea fuisse quinq; millia opudor. hec a meridie mari in-
cipiens: ad usq; solis occasum porrigitur: & a septentrio-
nibus usq; ad curuisum montem provenit: gemis
abundat: Capricanes & elephantes procreat: arbores
habet semper frondentes: tellus bis fruget in anno.



ad maturitatem perducit: piper calami aromaticum & cina-
ma ad nos mittit. Illic vine states: lenes aures temperies
celi: ubertas soli: aquarum abundantia: que omnia faciunt
ut maiora animalia in india quam in ceteris regionibus
cantur. Ab Indo flumine appellata est: in quem ab oc-
cidente plaga desinit. qui in cibiratarum iugis oritur. Sex-
aginta perennes fluvios / torrentes vero supra centum
recipiens: ferens crocodilos ut nilus. ut ista & multo plu-
ra de india Tomponius Mela scribit. & latius prosequitur.
Pogius florentinus Pape secretarius in eo libro quem ad
Eugenium papam scripsit de varietate et mutatione fortu-
ne libro 2. in fine transcribit magister Bodericus de san-
ta ella in libello quem de cosmographia Marci patulii in
nostra lingua traduxit ad finem. aliqua etiam de india
comemorat Diodorus siculus in 3. libro. Ex quibus facile
deprehendi potest has de quibus loquimur ^{insulas} non esse
cum in illis nihil fere horum reperitur: Immo potius con-
trarium. De quibus nullus Geographus nec Cosmographus
hactenus mentionem fecit. Et propterea insule noue: seu
nouiter inuente merito dici possunt. Insule dicuntur
quod ibi terra est mari circumdata: quasi in sale sita. Dicitur
autem salum id est mare: a sale quia salum est et ama-
rum. Vel dicitur insula ab insilio insilis: eo quod in eam
insiliunt undique fluctus maris secundum Isidorum et hu-
ic. 2. l. insula. Et l. adeo. d. insula. ff. de rerum. di. et iust.
eo. 9. insula. ibi glo. Aliqua tamen pars terre nunc in-
uenta non existimatur insula sed potius continens. No-
uas autem appello quia nouiter his temporibus inuente
sunt: ut impleveretur illud quod vaticinando Seneca tra-
gicus predixerat trage. septima que de Medea. coro. 2.
incipiente aridax minimum in fine dicens. Veniunt
annis / secula seris: quibus oceanus vincula rerum
laxet: & ingens pateat tellus: tiphisq; novos detegat
orbis: nec sit terris ultima thule. hoc est dicere: post
multos annos mare oceanum terminos suos laxabit
aperiet vel remittet: & tunc insula thule appellata:
que consistit in oceano inter septentrionem & occiden-
tem ultra britanniam: a ceteris insulis separata: non
erit ultima: quia nauta quidam famosus tipheri similis /

ultra

Ultra eam: alias detegat nouas. Tiphis fuit quidam faber
lignarius Excelens: qui prius adminicula gubernandi
naues instituit: fuitq; argonautarum gubernator ut Se-
neca dixit: auisus leges novas scribere ventis. Voluit
ergo dicere Seneca quod aliquis famosus nauta tipheri simi-
lis esset harum insularum detector. quarum habitatores
(ut aliqui opinantur): sunt nobis antipodes: id est terram
nostram oppositam habitantes: & pedes suos nostris pedibus
aduersus habentes: & contraria terre parte: ubi sol ori-
tur quando occidit nobis: aduersa pedibus nostris cal-
cant vestigia. Quamuis beatus Augustinus libro. 16. de
cruitate dei cap. 9. de Antipodibus loquens contrari-
um sentiat

§. 1.

In his vero insulis: ut ex fide digno relato didici: homi-
nes rationales mansueti: pacifici: & fidei nostre capaces
reperiuntur: nihil proprium sed quosdam terre terminos
sibi notos in comuni habentes: in quibus quasdam her-
barum radices plantabant: quibus panis vice utebantur.
Piscibus: non carne nisi quibusdam paruis animalibus
luporibus similibus vesciebantur. Aneque autem & anima-
lia domi nutrita: quasi filios amabant: eaque non mandu-
cabant: ne filios edere viderentur. Et quia proprium non
habebant: nec erant cupidi: nec auari: nudi inuere
eunde incedebant: in una eademq; domo multi simul
habitabant: unam & plures in figura matrimonij uxores
habentes / presertim eorum maiores ac potentiores quos ca-
rigues appellabant: antea vero quam ad simul habitandum
adducerentur: permittebant se carnaliter cognoscere
a quibuscuq; uolentibus: si tamen dum apud eos erant ali-
is comestebantur: grauiter ferebant: super hoc autem &
super terminorum defensionem: plura inter se bella gere-
bant: in ipsas tamen uxores non seriebant: Illas tamen
ad libitum repudiabant. Uxores uero ipse potiores ma-
xime & alie mulieres: omnibus uiris carnales ample-
xus et quicquid aliud ab eis poscentibus: statim et spon-
te redabant: nephas existimantes si negassent. Quonia
vero propter adulteria & multorum concubitus / certa

parentū proles haberi non poterat: non per mares:
sed per feminas successio deferrebat: maxime in su-
cessione illorū qui super alios potestatem et iurisdic-
tionem habebant.

Ex quibus omnibus aperte colligitur nullū inter
eos fore matrimonium: quia ibi non erat maris
& femine in singulari coniunctio. Pluralitas n.
Vxorū in matrimonio: nisi ex divina dispensatione
omni tempore reprobata est: quia nec unus mag
plures feminas: nec una femina plures mares ducere
debet: c. haudemus. §. quia vero de divorcijs traditur
per magistrū 4. li. sent. di. 27. Ad hoc significandū
ab initio non fuerunt creati duo homines vel duo mu-
lieres: sed primo unus homo: postea una mulier 33.
q. 5. c. muliere §. ultimo. Nec erat inter eos indivi-
ditas quae similiter in matrimonio requiritur: quia
nō erant eius propositi: ut nunquā dividerentur un-
tatis enim conjugalis compago: dirumpi non debet
3. q. 5. c. femine 30. q. fi. in fine, notatur per glo.
& doctores in c. de infidelibus de consangu. & affi-
nita. Quandiu ergo conjuges vivunt: matrimonium
est individuum: cum per solam dividatur mortem. c. fi.
de secundis nuptijs. Mors enim omnia solvit auctē de
nuptijs §. deinceps collatione 4. Oportebat igitur q
isti insulari postq̄ fuissent in fide nostra instructi &
in forma ecclesie baptizati matrimonium de novo con-
traherent: ne sui contubernium matrimonium arbi-
trantes: in peccato mortali persistant: & in eo ignora-
tes decedant: sicut hactenus propter gubernatorū
negligentiam & imperitiam factum est: quod non
nisi dolenter & cū cordis amaritudine referimus quapropter
Infinitę anime damnate creduntur.

§. 2.

Aliqui eorū a demonibus seducti: ipsum adorabant co-
llabantq̄ demonē quem cerni appellabant & infi-
gura satelli se illis aliquando ostendebat. Alij vero
ociosi: viciosi: luxui & gula omnino intendebant:
hoc sibi licere arbitrantur. Alij tamen & pauci legis

naturę

naturę precepta servabant: & unū colentes vere-
rantesq̄ deum / quodam rationis lumine illustrati /
naturaliter cognoscebant bonum esse faciendum ma-
lum vero vitandum. Unde alijs faciebant: quod
sibi fieri optabant: Nullū bonū remuneratū: nul-
lumq̄ malū impunitū credentes: naturaliter faciebant
& constituiebant sibi legem. Juxta verbum Apostoli ad Ro-
manos scribentis ac dicentis in. c. 2. gentes enim qui
legem non habent: naturaliter ea quę legis sunt fa-
ciunt: ejusmodi legem non habentes: ipsi sibi sunt
lex: Quasi dicat gentiles qui legem divinam non ha-
bebant: nam lex moysaica solis iudeis data extitit: quę gen-
tiles nō artabat: nisi se illi subderent: ut colligitur Exo-
di. 12. c. in fine cum dicit: q̄ si quis peregrinorū in vestra
voluerit transire coloniam & facere fas domini: circum-
cidetur prius: circumcidetur prius omne masculinum ejus
& tunc rite celebrabit. Erunt sicut indigena terre. Si
ergo ad legem Moysaica gentiles tūc temporis nō transi-
rent: vel nunc legem nostram ignorantes absq̄ eorū cul-
pa: naturalia custodientes precepta / salvi facti sunt.
Cum ex illo observantia: resultaret credentia saltem
implicita fidei mediatoris seu incarnationis christi. qui
enim credit unū deum remuneratōre inquirentium
se: credit similiter eum habere providentiam de ho-
minū salute: licet providentię modū non cognoscat.
Juxta illud Apostoli ad hebreos scribentis in. c. 11. cre-
dere (inquit) oportet accedentem ad deum: quia est
unus. §. eternus: & inquirentibus se remunerator
sit: Modus autem per quem deus hominum saluti pro-
videt: est per incarnationis mysterium. Et quo pa-
tet q̄ incarnationis fides in predicta gentiliū cre-
duntate: implicite continebatur: Et consequenter
per eam sine baptismo nondū cognito salvari potuerunt.
Ut inquit Dionysius in 9. c. celestis hierarchie &
gregorius moralium lib. 7. c. 3. Alexan. de hales. 3.
parte. q. 82. & 4. parte. q. sandus Tho. 2. sen. dist.
39. q. 1. ar. 2. in solutione. 3. argu. & 2. q. 2. ar.
7. in fi. & q. 106. arti. ultimo in fine. ar. 4. in res-
poncione ad 7. & 6. quodlibet. q. 4. in corpore. Ray-
nerius

nerius in summa de baptismo c. 4. p. quarto
quero de quibus in sequenti d. dicemus. Archiepis
copius florentinus 1. parte. ti. 15. co. 2. spūs ebulen.
Mathei. 3. q. 27. & c. 23. q. 35. & c. 25. q. 262. & 280.
credere enim est salutis fundamentū v̄ supra dictum
est & colligitur v̄ ~~ultimo~~ Marci ultimo. qui crediderit &
baptizatus fuerit: saluus erit. qui vero non crediderit
condemnabitur. Vbi notatur dignū est q̄ necessaria sit fi
des ad vitam eternam. Nam dū christus copulatim dixi
bet de fide & baptismo / ad salutem necessarijs: in negativo
solum defectum fidei assignat pro causa condemnationis.
ita profunde ponderauit hunc textum Divus Bernardus.
Nam cū hugo de sancto victore dubitavit de eo qui vult
baptizari / & nō baptizatur: an sit saluus? consulens super
hoc beatū Bernardum: tale accepit responsum. Adultus
qui vult baptizari & nō pot habere aquam vel ministrū:
sic discēdens est saluatus. Ad verba christi: qui crediderit
& baptizatus fuerit: saluus erit: respondet concedendo.
sed ex his nō habetur / neminem posse saluari nisi baptiza
tum. quod comynat ex verbis chri sequentibus. qui vero
non crediderit: condemnabitur. non ait. qui nō baptiza
tus fuerit. ita dicit iohannes chris in tractatu de predes
tinatione centuria quarta p. 18 quod tene menti / Eūde
ratione idem videtur dicendum de istis insularijs de qui
bus loquimur: qm̄ in illis insulis nati: nunq̄ fidem au
dierunt / vel quia nunq̄ ibi euangelij fuit predicatum: nec
sacramenta cognita: vel si aliquando illuc accessit: tot iam fue
runt tempora transacta q̄ non est aliqua illius predicatio
nis memoria: Unde circa istos: illa predicatio habetur
ac si non fuisset. qua propter si secundū precepta legis na
turę predicta vivebant: abstinentes a malo: & facien
tes bonū: sperantes inde penam v̄ premiū etiam
si absq̄ fluminis baptismo decedant: saluari possunt
baptismo fluminis baptizati vt statim dicemus: quoniam
ex quo sibi fides predicata vel annūciata non est: nec
per eos stetit quo minus nūciaretur: non est quid
sibi imputari possit: quia licet oporteat accedentem
credere vt paulo ante dicebamus: nō potest quis cre
dere nisi veritas ei proponatur vt colligitur ex apostolo
ad hebreos

ad hebreos. 10. vbi dicit quomodo Inuocabunt in quem
nō crediderunt: aut quomodo credent ei quem non
audierunt. quomodo autē audient sine predicatione.
Ita dicit beatus Thomas 22. q. 1. cap. 9. in solutione q.
satis ergo erit istis insularijs implicite credere fidem nostram
eo modo quo diximus: nec tenebuntur ad explicitam
credentiam articuloꝝ fidei nostre ad quā nos christianij
tenemur prout tradit beatus thomas. 22. q. 2. ar. 5. &
scotus. 3. sententiar. di. 25. & plenius tradit ep̄ Malue
ensis in suo eleganti tractatu de religione christiana par.
2. c. 2. Vbi plenissime diserit quis tenetur explicite
credere ea que in fide nostra continentur & quis dicitur
explicitate et implicite credere. satis sit ad propositū nos
tūm quod isti insularij quibus nunq̄ fides nostra nūcio
ta est: nec articuli fidei expressi: non tenebuntur
explicitate credere: satisficient ergo implicite creden
do. Si quis autem duce naturali lumine rationis:
quod nulli deest: ad cōeꝝ omnium parentem et opificem /
in quo nullus error: nullusq̄ defectus reperiri potest:
quicq̄ nulli rei in necessarijs deest: recta intentio
ne & puro corde conuerterit: veritatis ostensionem
imploreuerit: suo non fraudabitur voto: sed aut per
Internam inspirationem vt iob: sine per angelos: vt
Cornelius centurio actū. 10. aut per apostolicū vi
rum: vt per philipū eumichus actū. 8. Augustinus
a beato Gregorio missus fuit Anglis vt eis fidei forma
traderet vt inquit sanctus Bernardus de considera
tione ad Eugēnum lib. 3. cō. 2. & guilielmus bene
dictus in rep. c. raimundus de testa folio 146 cō. 1.
vel alios sibi placitos modos necessariū ad salutē
lumen impetrabit / iuxta illud psal. 4. multitudine
quis ostendit nobis bona signatu est super nos lume
vultus tui dne: quāuis illa autoritas de lumine
naturalis loquatur: pot̄ tñ intelligi de lumine super
naturali id est diuinitus reuelabatur quid agendū
vel credendum sit. Unde sine baptismo aque salua
buntur: quia baptizari dicuntur baptismo flumi
nis: vt per s. Tho. 3. par. q. 66. ar. 11. per totum
& 4. di. 4. q. 3. ar. 3. per totū & 3. sent. di. 25.



Ar. 1. q. 1. ad. 1. et 2. In 3. argu. & Ro. 2. lectio
ne 3. colu. sic contigit in beata barbara virgine
& martyre: quæ inclusa a patre in turri: Illuminatus
est. beata etiam christiana a domino miraculose baptiza
ta est ut in eius hystoria continetur prout refert
gabriel in expositione canonis misse lectione 24. f.
Deus enim qui essentialiter bonus est: & omnium
curam habet: omnem hominem venientem in hunc mun
dum: Illuminare non desinit: sed omnes homines
ad bonum movet: cuius motionem seu inspirationem
si illi sequantur: proculdubio ad gratiam & gloriam
pervenient: ut ex iam dictis satis patet & infra osten
demus. Concluditur quod isti saluantur mediante gratia
sibi a deo data: Interueniente baptismo fluminis: qui an
te christi aduentum non erat necessarius. In hoc est diffe
rentia salutis illorum et hystoria. hoc idem in effectu conclu
dit Joanes major 4. sen. di. 3. in fine qui latius loqui
tur: licet de predictis non meminerit: reprehendens &
reprobans baptistam Mantuanum de paciencia libro 3.
c. 11. qui de his insularis. loquens dicebat quod si secundum
legem nature vixerunt: etiam si aliquando peccarent:
si postea penitentiam egerint: putat eos post mortem
aliquod felicitatis genus habituros & loca aliqua dei
dono sortituros uti melius vel saltem minus male sint
habituari: quod hi qui sordide & flagitiose vixerunt ad
hoc dicendum mouetur iustitiam & clementiam diuinam
contemplatione & dauid auctoritate dicentis quia
tu reddes unicuique secundum opera sua. hec ille. contra
quæ impugnat Joannes predictus ponens in hac re quinque
propositiones huius determinationi contrarias quas
quisque faciliter videre potest. prima est quod sunt aliqui
homines in insulis ad quos verbum christi non peruenit.
2. quod ipsi vel eorum antecessores habuerunt sacrame
ta legis nature. 3. quod iudei ibi degentes seruantes
precepta legis scripte saluari possunt. Idem de gentili
bus seruantibus precepta legis nature. 4. paruu
li in insulis nullum sacramentum habentes contra
originale. damnantur. quinta adulti ad quos fano
Euangelij non peruenit: nec habens aliquod sacra
mentum

mentum contra originale: si faciant quod in eis est:
deus eos illuminabit & baptismo fluminis baptizati
ibi latius pemy. paucissimis itaque donatum est: ut nul
lo sibi homine predicante per ipsum dominum per vel per
angelos celorum doctrinam salutis acciperent: multis id
est dinatum: ut deo per homines credant. Ita dicit augus
tinus de bono perseverantie libro 2. c. 14. in principio. Ad
de predictis Joanne eclum in tractatu de predestinatione
centuria quarta. p. 19. ubi refert has dubitationes deci
dise in quoddam solenni principio quod fecit. concludens
eos certo modo saluari sine baptismo aque ex quo fidem veri
tatem saltem simpliciter tenent. Idem concludit fr. Joanes
bunaldus ordinis predicatorum in suo eleganti tractatu de duode
cim persecutionibus ecclesie in fine. ubi dicit quod tempore nos
tro regnante felicissimo rege fernando Inueniente sunt que
dam insule magne admirande in quibus sunt gentes mul
te & regiones mirabiles. quarum memoria non extat quod
antea lex euangelica fuerit eis aliquando annuntiata. sic
agente deo: qui occulte serpit in mirabilibus suis: & qui
omnes homines vult saluos fieri: & ad agnitionem veri
tatis venire: ut dicitur 1. ad thimoteum 2. c. puto & nullatenus
dubito iam iam aduenisse illa tempora que per occulto
iudicia misericordie dei sic disponuntur ad diuulgationem
legis euangelice per orbem vniuersum. ut nulla gens
tan inhumana sic nulla religio tam remota: cui notitia
christiane legis cum plenario effectu non debeat publicari.
Vere prodigia & admiranda multa diebus nostris adimple
ta sunt: & contumace archana celestia referantur: que apud
heues animas transeunt incognitas: & rectius dixeram:
non cogitata pretereunt. De quibus scriptum est: nolite
fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus.

§. 3.

Nec his obstant quedam authoritates sacre scripture que
videntur dicere quod fides christi omni genti & omni cre
ature erat notificanda: & per consequens nemo potest
Iustam habere ignorantiam: que ipsum valeat excusa
re. In hoc enim conueniunt prophetarum vaticinia. eu
angelistarum oracula & apostolorum testimonia. Primo qui
dem illud quod scribitur genesis. 17. ubi deus ad Abraham
dixit

dixit. Exis pater multarum gentium. sentiens per hoc christi
aduentum usque fidei publicatione publicatione & dilata
tionem. Ad idem Genesis 22. ubi fidelis Abraham diuini
nunc accepit oraculum. In semine tuo benedicentur omnes
gentes. quamquam ipse natione seu gente caldeus: qui patri
parentumque superstitionibus relictis: unum verum colunt
deum: cui hoc promittenti credidit. Christi ergo fides ad
omnes gentes & nationes accedere debuit. Cum his con
sonant ea que David Rex & propheta scripta reliquit
in psalmis. nam psal. 2. dicitur postula a me & dabo tibi
gentes hereditatem tuam: & possessionem tuam terminos
terre. Item psal. 18. predixit de apostolis christi sentiens.
In omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis
terre verba eorum. s. apostolorum christianam fidem predicatum.
ut nomine omnis terre: Asiam Africam Europamque Intel
ligamus & per fines orbis terre: Insule etiam remotissime
significentur. que verba pertractant Apostolus ad Ro
manos scribens. c. 10. volens per hoc nullam esse ignora
tie excusationem de fide christi non predicata: cum ad om
nes gentes & nationes apostolorum predicatio: vel saltem
predicationis fama perueniret. non solum ad Iudeos:
sed etiam apud gentes. Intra illud Job. 28. perditio & mors
dixerunt auribus nostris. Audiuimus famam eius.
s. sapientie per apostolos predicatę. Ad idem Psal. 21.
dicitur. conuertentur ad dominum uniuersi fines terre
& adorabunt in conspectu eius uniuersę familie gen
tium. & iterum Psal. 66. Deus miseretur nostri
& benedicat nobis Illumine vultum suum super nos
& miseretur nostri: ut cognoscamus in terra viam su
am: in omnibus gentibus salutare tuum. Item Psal.
71. laudaturus David christum Jesum sub typo salomo
nis: Eundem verum deum & hominem futurum erro
rat dicens. & permanebit eum sole & ante lunam
in generatione & generationem. & adorabunt eum
omnes reges. omnes gentes seruient ei. & benedi
centur in eos omnes tribus terre. omnes gentes mag
nificabunt eum. Ad idem Psal. 81. omnes gentes
grasculam fecisti: venient & adorabunt coram te
domine. Preterea Esaias. c. 1. dixit. Et erit in

novissimis

8
novissimis diebus: preparatus mons domus domini in
Vertice montium. & fluent ad eum omnes gentes
& dicent venite ascendamus ad montem domini & ad
domum Dei Jacob & docebit nos vias suas & ambula
bimus in sententiis eius: quia de sion exhibit lex & ver
bum domini de hierusalem. hec Ibi: Via ergo ista non
erit unius gentis: sed uniuersarum gentium. & lex p
bum domini non in sion et hierusalem remansit:
sed inde processit: ut se per omnia diffunderet. Itaque
Augustinus de ciuitate dei libro 10. c. fi. co. 2. Item Esaias.
24. dicitur. A finibus terre laudes auoluimus gloriam
Iusti. Ad omnes ergo gentes & nationes christi fides acce
dere debuit: ut eius gloria omnibus Innotesceret. Ad idem
Esaias 49. parum est inquit ut sis mihi seruus ad suste
tandas tribus Jacob & feces Israel conuertendas. de
dite in lucem gentium: ut sis salus mea usque ad extre
mum terre. christi ergo fides usque ad extremum terre
est dilatanda & predicanda: ut per eam homines salui
fiant. Ad idem Esaias. c. 62. videbunt gentes iustitiam
tuam: & cuncti reges inelyti tuum id est filium dei que
Abraham futurum credidit. & credendo fidei oculis vidit
secundum illud Job. 8. Abraham exultauit ut videret
diem meum. vidit et gauisus est. Ad idem Esaias. c.
fi. Mittam eis qui saluati fuerint ad gentes in mare
in Africam & lidiam tenentes sagittam. In Italiam &
gretiam. ad insulas longe. ad eos qui non aridi erunt
de me & non viderunt gloriam meam. & annuncia
bunt gloriam meam gentibus. & quoniam oportebat
impleri predicta que de christo per prophetas scripta erant
ut scribitur luce 24. ad finem. propterea christus Ma
thei 24. dixit. & predicabitur hoc Euangelium reg
ni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus:
& tunc veniet consummatio. quod quidem discipulis fa
cere mandauit Mathei ultimo dicens. data est mihi
omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo docete
omnes gentes & s. docentes eos seruare omnia quecu
que mandavi vobis. Matheus enim predicauit in ethio
pia & Marci ultimo christus apostolis dixit. Euntes in uniu
ersum predicare Euangelium omni creature.
qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit. ipsi

autem id fecerunt exiuntes a hierusalem que est in me-
dio climate terre habitabilis ad predicandam euange-
lium per totum orbem. Matheus enim predicauit in
ethiopia. Thomas in India. Petrus & Paulus in occiden-
te. Petrus & iohannes in samaria & uiuente beato petro
apostolo: predicatum fuit euangelium procedendo uersus
occidentem usque ad mare oceanum ubi est terminus
terre habitabilis secundum cosmographos sanctus enim fa-
bianus in ciuitate senensi que tunc erat Metropolis fra-
cie / edificauit ecclesiam beati Petri quem audierat sam-
pasum. sed cognito postea cum adhuc uiuebat: nomina-
uit illam ecclesiam beati Petri & uini. & alij qui cum beato
fabiano uenerunt in frantiam: in alijs locis predicane-
runt usque ad oceanum. Eadem ratione euangelium fuit
predicatum ad orientem meridiem & aquilonem respec-
tu hierusalem: quia christi discipuli exierunt circum-
quaque ad predicandum secundum nicholan Psal. 18. & Re.
10. Unde Jo. 5. dicitur. si non uenissem: & locutus eis
non fuisset: peccatum non haberent. nunc autem excu-
sationem non habent de peccato suo. hoc idem uult apos-
tolus Ro. 10. cuius supra meminimus. Item actuum
1. c. Christus dicit. & exitis mihi testes in omni iudea &
samaria usque ad ultimum terre. Ad idem actuum 2. ubi
de paucis & medijs & pluribus alijs de quibus etiam per
Ambrosium libro 2. c. 6. de uocatione omnium gentium.
Ex quibus omnibus concluditur quod lex euangelica uel
saltem eius fama ad omnes gentes regna prouintias
& nationes uniuersi orbis per apostolos uel eorum dis-
cipulos peruenit: ut expresse dicunt. Jo. Chrysostomus
Hieronymus sanctus Tho. & alij super Matheum in
dicto capitulo 24. Nam Hieronymus ibi supra. Na-
m Hieronymus super illud & predicabitur hoc euangeli-
um regni in uniuerso orbe et dicit signum domini
ei aduentus est euangelium in toto orbe predicari
ut nullus sit excusabilis qui aut iam completum aut in-
breui cernimus esse complendum. non enim puto ali-
quam remansisse gentem: qui christi nomen ignoret.
Et quod non habuerit predicationem: tamen ex uicinis na-
tionibus opinionem fide non potest ignorare. hec ille. Et idem
ad Euanthum scribens dicit quod post gallias & britani-
am atque persidem & orientem & indiam omnemque

9
Barbariem: unum christum adorare. & Gregorius gra-
tulari quod sua etate ecclesia tota addiderit. Et secun-
du hoc intelligit parabolam Mathei 13. de Gehena id est
ecclesia & omni natione missa in mare & de omni
genere piscium congreganti id est ecclesia & omni nato-
ne & tribu homines congregante. Athanasius simili-
ter ad Iuuenianum Augustinum scribens dicit. In hanc vo-
tam christi religionem sine temporibus concordasse omnes
ecclesias: non solum in hispania / Britania / Gallia / Italia
Sardinia Creta & Dalmatia constitutas: sed in capa
Iberia etiam & Alissia & Macedonia & uniuersa simul
Trelladia: Insuper & uniuersa Africa Pamphilia hira-
phuria & ponto totoque oriente preter paucos Arrijsi
tatores. Denique Ambrosius sententia 2. uocationis
omnium gentium libro 16. post eum Augustinus Psal.
95. Christiane fidei latiores quam Romani Imperij fines potuit
nec peruenire potuisse Ingu populi ferro regnantis: quo
regnantis aliquo perueniret fides christi. Item Augustinus
in libro de uera religione sic ait. per omnes terras
partes quas homines incedunt: sacra christiana tradu-
ntur. Eiusdem sententia uidetur Augustinus de ciuitate
dei libro 10. c. 27. tractans de uniuersali uia anime
liberande. hec est inquit anime liberande uniuersalis
uia id est uniuersis gentibus diuina miseratione conce-
ssa. Cuius profecto notitia ad quoscuque iam uenit: & ad quos
cuique uentura est. nec debuit nec debet dici quare mo-
do: quare sero: quo tiam mittentis consilium: non est
humano ingenio penetrabile. Uide plenius Augustinum
ubi supra qui putare loquitur. propter quod nimis
sunt increpandi summus pontifex Imperator & cete-
ri principes christiani nostre tempestatis: qui tan segniter
se habent in dilatione immo in conseruatione patri-
monij christiani: de quo uide Ab Petriarcham late disere-
tem de uita solitaria libro 2. tractatu 3. per totum.
Cum predictis uidetur sentire hugo de sancto victore
dicens ueritati & rationi consentaneum
esse: probatur ex eo unumquemque obligari cepisse ad
baptismum: ex quo post institutionem consilium cepit bap-
tizandi. qui enim prius contemptor consilij: nec post
preuaricator precepti extitit: culpandus non fuit.



nisi forte quis aut prius: aut postea ita ignorans fuisse:
dicatur: ad quem diuinae institutionis notitia peruenisset:
nisi eius culpa obstetisse. & subdit. Ego neminem puto tutum
ad quem non peruenierit de baptismo suscipiendo mandatum:
vel si forte est talis: puto eum audire & scire potuisse &
debuisset si eius culpa non obstetisset maxime cum scriptura
evidenter acclamet in omnem terram exiit sonus eorum
& ideo talis si decederet non baptizatus: damnaretur tan-
quam preuaricator precepti. hec hugo uti supra. recitat Ale-
xander de hales. 4. parte cum agit de tempore institutio-
nis & obligationis baptismi ar. 2. in corpore questionis.
Sanctus Thomas quodlibet. 6. q. 4. in corpore questionis. Ray-
nerius in summa cum tractat de baptismo i. 4. v. tertium
est & p. quarto pro: sed quauis fama christi vel notitia
legis gratie per totum orbem sit divulgata per apostolos
vel eius discipulos vel per alios qui eos audierunt eo
modo quo diximus: non tamen cum pleno effectu: ita
ut in qualibet gente sit fundata ecclesia & ad singulos
homines talis notitia peruenierit: immo quotidie illud
fit & fiet usque ad ultimum diem vniuersalis iudicij.
Et tunc implebuntur prophetie & auctoritates predic-
te. quanta utuntur verbo preteriti temporis signanter
Illud psal. 18. in omnem terram exiit sonus eorum: que
verba resumat apostolus Ro. 10. non quidem ex eo quod
iam essent completa: quia nondum erat divulgatum
euangelium: sed preuidebat ea esse implenda propter
certitudinem diuine predicationis: Itaque prophetico more
positum est verbum preteriti temporis pro futuro ut vult glosa
ordinaria in d. c. 20. & ibi. 5. Tho. lectioe 3. idem vult
Augustinus in epistola ad Ezechium salomitane urbis episcopi
cuius epistolae titulus est de fine mundi & assentit origenes
super Matheum. c. 24. quos refert beatus Tho. ibi in
athena. aurea co. 5. & in prealegata lectione 3. & 1. 2. q.
106. ar. 4. ad 4. hoc ideo dixit Augustinus: quia adhuc
tempore suo erat fuisse quasdam gentes in Africa: quibus
non erat fides christi predicata similiter dicimus in istis
Insulis & continentibus in quibus imprimis nec usque ad
nostra tempora fides christi non fuit annuntiata: ne pre-
dicatar: ut colligitur ex prealegata tragedia sene. &
re ipsa patet. Unde non inconuenit dicere quod nunc
implentur

10
implentur in partibus: verba prophetarum de quibus supra
Ad hoc benefacit quod scribit idem Augustinus Donato
Presbitero: ut habetur in c. displicet 23. q. 4. ubi Inter
cetera dicit: quod dominus primo ecclesia diuino germine pulula-
bat: nondumque completa fuerat illa prophetia: & adora-
bunt eum omnes gentes terre: omnes gentes seruient
ei psal. 71. quod utique quanto magis impletur: tanto
maiore ecclesia datur potestate. hec ibi Idem sentit ille
de predestinatione sanctorum lib. 1. c. 9. ad finem dicens quod
salus religionis huius per quam solam veram: salus vera
circiter promittitur: nulli unquam defuit: qui dignus fuit
& ab exordio propagationis humane usque in finem quibus-
dam ad premium: quibusdam ad iudicium predicatur. de
per hoc & quibus omnino nunciata non est: non creditur
prescribantur. & quibus non creditur: tamen annuntiata
est: in illorum exemplis demonstrantur. quibus autem
creditur annuntiantur: in regno celorum & sanctorum an-
gelorum societati preparantur. hec ille. Idem sentit lib. 2.
c. 9. dicens his temporibus & his locis quibus euange-
lium eius non est predicatum: tales omnes in eius predica-
tione futuros esse prescribat: quales multi in eius corpora-
li presentia fuerunt: qui in eum nec suscitatis ab eo
mortuis credere voluerunt. hec ibi ex quibus patet
quod non ad omnes & singulos homines particulariter eu-
angelij predicatio peruenit. Alioquin iam esset mundi finis iux-
ta illud Mathei 24. cum dicit & predicabitur hoc euange-
lium regni in vniuerso orbe: & tunc veniet confirma-
tio & ibi hieronimus sic dicit. signum dominici aduentus
est: euangelium in toto orbe predicari. Sed nondum aduenit
confirmatio mundi: immo aliqua signa huius confirmationis
futura: puta aduentus ante christi filij & epocha adhuc
non apparuerunt: Ergo euangelium christi non est divulgatum
per orbem vniuersum: ut efficiantur omnes homines christi
fidei: & sit vnus ovile & vnus pastor: ut scribitur Jo. 10.
c. 1.

Conclusio.

Ex istis inferitur necessarioq. concluditur quod isti insulares
& continentis habitatores ad quos euangelij predicationis
notitia nunquam peruenit: & aliquando forsitan perueni-
set per longissimam desertitudinem ab eorum memoria disce-
psit: excusationem habere videntur de peccato infideli-
tatis iuxta illud Jo. 15. de quo supra. si non venissem:

Locutus non fuisset eis: peccatum non haberent, nunc
autem excusationem non habent de peccato suo: Illi ergo
qui loquentem dominum per se: vel apostolos suos: vel eorum
discipulos: vel per alios conuincinos eo modo quo diximus:
non audierunt: excusationem habent de peccato infidelita-
tis. non tamen beneficium dei consequenter: ut saluetur
Iustificentur ab alijs peccatis que vel nascendo contraxe-
runt: vel male viuendo addiderunt, & pro his merito
damnantur. Si qui tamen eorum quod in se est fecerint: do-
minus secundum suam misericordiam eis prouidebit: mit-
tendo eis predicatorem fidei: sicut petrus cornelio actum
10. & Paulus Maccedonibus actum 16. Augustinus Anglis:
Ut diximus super proximo §. hoc enim ipso quod aliqui faci-
unt quod in se est: conuertendo se ad deum deus conuer-
tit eorum corda ad bonum: tunc §. Conuerte nos domine
ad te: & conuertemur secundum Beatum Thomam in prelat-
gata lectione 3. diximus super §. 2. ad finem. quibus
addo eundem Beatum Thomam 2. 2. q. 10. ar. 1. & 4. ubi di-
cit quod infideles ad quos nunquam fides nostra peruenit: vel
si aliquando peruenit: tunc tamen non est in eorum me-
moriam: habent duntaxat infidelitatem priuatiuam que
non est dei peccatum: sed potius pena peccati. Intellige
quod in talibus non est peccatum commisionis contra fidem
quam probabiliter ignorant: sicut dicimus de pueris chri-
stianorum ante baptismum in quibus non cadit peccatum actua-
le infidelitatis: & in alijs infidelium pueris ante ratio-
nis usum. peccatum vero omissionis bene cadit in infi-
delibus: si postquam ad annos discretionis peruenierint: non
faciunt quod in se est eo modo quo diximus. facienti
autem quod in se est: nunquam deus negauit salutis viam
ut late dictum est in precedentibus: & tradit beatus
Thomas in questionibus de veritate. q. 14. ar. 1. ad 1.
Alexander de Ales parte 2. q. 119. membro 8. §. 1. &
Aristoteles in summa ti. 55. ar. 3. & lib. 5. ti. 9. quem rogori-
de. hoc idem tenet Armitanus hibernie primas & Jo-
Gerson cancellarius parisiensis cum plerisque alijs quos se-
quuntur gabriel in canone misse lectione 23. f. Idem
tenet Jo. maior & sent. dist. 3. cap. paulo ante me-
minimus. Idem sequitur se Jo. Vitalis in suo ele-
ganti tractatu de duodecim persecutionibus ecclesie
in fine. Facere autem quod in se est: dicitur quis:

quando remouet

11
Quando remouet obicem & impedimentum gratie obi-
dem quidem peccati: non quoad reatum: quoniam
solus deus remittit peccata. sed intelligitur remoue-
re obicem peccati: quo ad actum interiore vel exte-
riorem subtractum: qui est consensus vel complacentia
in peccatum de quo doctores in 17. di. li. 2. sententiarum:
ubi singulariter gabriel post Gersonem dicit. facere quod
in se est: nihil est aliud quam tentare viam rationis natu-
ralis prudentie & artis quantum scierit. & hoc pla-
cet Joanni de ho in suo christo passio predestinationis cen-
turia 3. §. 99. hec sunt satis de primo capitulo fran-
seamus ad secundum.

Capit. 2.

Secundo loco videndum est de illius gentis ingenuitate
ac libertate. Ad cuius investigationem premitte quod que-
dam est naturalis seruitus & dominatio: ut philosophus
ingit in politicis libro 2. et 3. & beatus Thomas in
tractatu de regimine principum libro 2. c. 10. & 2. d. 19
Pa. de regi. prin. libro 2. parte 3. c. 8. 190 scripsi ple-
nius in mea politica c. 1. §. de ciuitatis aut institutio-
ne. id est ex naturitate veniens secundum quam
aliquis est natura seruus & aliquis natura doming
hoc est aliquis est natus ad seruiendum: & alius
ad dominandum. Videmus quidem quod Imperare
& parere: dominari & seruire: necessarium est
& utile. in necessarijs autem natura non defecit.
Videmus preterea quosdam tantum alios excellere
ingenio & prudentia: ut ad nihil aliud nati esse
videantur: quam ad ceteris Imperandum & domina-
dum. alios vero ita rudes et hebetes natura pro-
duxit: ut nati ad parendum & seruiendum esse vi-
deantur: unde patet quod statim a generatione qui-
dam sunt domini alij serui. Ex qua ratione principanti-
um & subsectorum multe sunt species. Aliter enim do-
minus Imperat seruis: aliter Maritus uxori: aliter
pater filijs naturaliter. Meliorum autem parentum:
melius est Imperium: nam melius est Imperare ho-
mini quam bestie / & homini quam mulieri / masculo quam
femine

femine: nam in specie humana: masculus propter
splendorem rois natura Imperat & dominatur: femi-
na vero que ratione & prudentia deficit: naturali-
ter obedit & parit. Pari ratione Inter masculos is natura
dominus est: qui ceteros rone excelsit & is natura
seruus est: qui ratione & prudentia deficit. Et si de
hac seruitute loqui velimus: multi sunt Ita Imbeciles
& Inepti quod nedum alios Immo nec se ipsos regere sciunt
Vnde natura serui nati sunt: id est ad seruiendum alijs ap-
ti. De hac in seruitute in presentiarum non agimus
de qua per plurimum ubi supra & in c. 3. ubi per magistrum
de roa pe. co & plenius in repetitione de domino & ser-
uo in principio. Nec sicut intelligitur de seruitute pec-
cati quam quis peccando incurrit ut per apostolum ad
Galathas 4. per Augustinum 20. de ciuitate dei. c. 20. per
Joan. valens in communi loquia 2. parte in principio. &
2. q. 6. §. quia ergo. 12. q. 2. c. cum redemptur. Nec de
alijs seruitutibus quas iura & doctores in pluribus locis
comemorant: ut late prosequitur Bartholomeus Cepola
in tractatu de seruitutibus in principio, sed de ea
seruitute agimus que legalis est quia a lege vel iure
introdueta est ut statim dicemus. Erat quidem huic
genti ingenuitas & libertas illa que a principio secu-
li Inualuit / quo omnes homines liberi nascebantur
& legitimi & seruitus erat incognita: ut de in. l.
manumissiones ff. de iustitia & iure & in anteq. qui-
bus modis naturales effi. legi. §. si quis igitur. coll. 66. &
Ibi notat Angelus ad idem iusti de libertinis in principio
& tradit azo in summa de naturalibus liberis 1. co. &
Sciendum. Ita n. deus hominem condidit: ut dominaretur
Volucris celi, piscibus maris & animalibus terre ut
habetur Genesis 1. c. quia s. hominem rationalem ad
imaginem suam factum: non nisi Irrationabilibus vo-
luit dominari non hominem homini: sed hominem
peccori. Inde primi iusti: pastores pecorum magis q. re-
ges hominum constituti sunt. ut Genesis 4. 4. c. Ita
dicunt Augustinus Genesis 4. c. Itaq. omnes homines
natura quodammodo equales genuit ac liberos. Nec
n. a principio quo sola natura saniebat homines
anteq. scriptas pronenirent leges fuit quedam

differentia

vis. de
legali ser-
uitute

12
differentia naturalis & legitimi: sed antiquis parentibus
antiqui filij mox ut procedebant: fiebant legitimi ipsa
creatura. & sicut in liberis hominibus natura facit liberos
omnes: bella vero seruitutes adinueniunt: sic & na-
tura legitimas produxit soboles. At diuersio ad concupiscen-
tias vel castitatis casus: naturaliter Immiscuit legitimis. &
sicut in seruitute adinuentu est beneficium manumissionis:
Ita necessarium fuit naturalibus medella qua fiant legi-
tims. & sui: ut d. anteq. quibus modis naturali effician-
tur legitimi. §. nonimus & quibus mod. efficiantur sui. 1. co.
Ita dicit Azo ubi supra. Vnde contra naturam est ab equali
velle timeri: scicco dicitur homini ut ab animalibus non
ab hominibus timeatur Genesis. 9. Terror vestre & tremor
sit super cuncta animalia terre. & super omnes volucres
celi cum vniuersis que mouentur in terra. omnes pisces ma-
ris manus vestre traditi sunt preter nature rationem
effertur quippe ac timeat homo qui sibi aduersus equalem
depascit Imperium Ita dicit Gregorius ibi. proinde inquit
antiqui patres non reges hominum: sed pecorum sibi pasto-
res memorantur. homines quidem vniuersos & equales
produxit natura: sed promeritorum ratione alios alijs Iusta
vltiq. dei dispensatio: s. occulta preponit: ut humana fir-
midine peccare metu aut qui diuino minus extorretur
Iudicio. Vtrius timoris huius nomine inflati haud quaquam
adderet in quo non propria est affectanda gloria sed sub-
ditorum quadam iustitia. Data est igitur omnibus hominibus
libertas deo / qui super omnes solem suum oriri facit:
ut in sequenti c. dicemus. Ex iure autem gentium Intro-
ducta sunt bella / discrete gentes / regna condita / dominia
distincta ut l. de hoc iure. ff. de iusti & iure. fuit etiam
iure introduetum quod capta in bello captiuitatem effi-
cerentur. & victi in premium victorie: essent eorum
qui vicerunt serui: ut homines ad patrie defensionem
incitarentur et ut victi viuere seruarietentur et
non occiderentur. homines enim contra alios
pugnantes promiores essent ad homicidium si cog-
noscerent se ex illis nullam vtilitatem consequutu-
ros: sed cum cognoscunt ex superatis in bello hu-
ius legis vigore se posse vtilitatem consequi eorum
vitas saluas conseruant et inde serui a seruan-
do dicuntur: q. tales a suis victoribus obseruan-
tur et non occiduntur. Ita dicit Macrobius si.

1. saturnalia et Augustus de ciuitate dei libro 19.
et 1. hostes ff. de captiuis instituta de iure personarum
in principio. §. serui. Isidorus etymologia. 9. c. 4 et
libro. ii. c. 2. Ex hoc igitur iure seruitus libertatem
inuasit / et cum vno comuni nomine omnes homines
appellarentur / iure gentium tria genera esse homi-
num ceperunt / liberi et his contrarium serui / et
tertium genus libertini instituta de libertinis in
prin. Quomuis igitur seruitus naturali repugnat
libertati initium tamen eius antiquissimum esse con-
stat. quod indicant captum a grecis tum a barbaro be-
llo geste - Memorie autem proditum est solitos in
saturnaliis a dominis seruos discurrere Saturno
regi neminem seruerit in latio. contra declarat
apud preseres latinos et eos qui ab origine dicitur
tatum nullam fuisse seruitutem quando hodie
quoque neque in ciuilibus neque in traspadanis
uenis. Apud germanos quoque et Britanos seruit-
uius nemo. Dicitur autem sunt ab initio serui qui
in pretio seruati essent et qui in pugna non acci-
disset: is iure belli sui erat victoris ^{nomenque}
ipsum ignominie causa in dicitur: grece
a nobis captiuus dicitur et E. Est autem seruus qui
dominio alieno contra naturam iure institutionis sub-
iicitur vt. l. 4. §. 1. ff. de statu hominum in d. fi.
de iure personarum. §. i. 4. parti. tit. 21. l. 1. Serui-
tus ergo inducta est de iure gentium non quidem
in uentione / inuenta est enim de iure diuino gen-
9. c. nam cum noe vineam primus plantaret
vinumque primus ex ea bibisset inebriatus est cumque
Cam patris pudibunda uideret: non cooperuit
imo uocatis fratribus deridendo patrem ea ipsis
ostendit. Cum uero noe hoc postea intellexisset:
eum maledixit dicens. Maledictus Canaham pu-
er / seruus erit fratribus suis. hec ibi et in. §. isita
§. 5. item Cahin. 1. q. 4. et ibi glo. et in. c. qualis
§. in. c. snia. 2. q. 1. Ad idem. c. conuincit in fine
§. q. 5. §. 35. di. c. Sexto die per glo. in. c. ius
gentium. 1. di. §. in. c. ita quorundam de iudeis

in Verbo

13
in Verbo seruos. Fuit ergo seruitus inducta a iure
naturali quod incepit a noe propter ebrietatem vt
patet ex iam dictis et tenet glo. in. l. manumissio-
nes ff. de iustitia et iure. Alii tamen dicunt quod
seruitus incepit sub pharaone in egypto / quando
fames totam operit terram per septennium et ho-
mines cogebantur vendere pecunia res mouiles
pecora iumenta agros posesiones et se ipsos in serui-
tutem regiam ne fame perirent. gen. 47. c. Alii
vero dicunt quod a prescriptione septennis: Nam si
quis emebat hebreum qui ante seruus non fuit:
sex annis debebat seruire / septimo anno effite-
batur liber: vt habetur exo. 21. et per glo. 7. dis-
in suma. Vt cumque sit / seruitus fuit approbata vel
confirmata de iure gentium vel ciuili et canonico
insti. de his qui sunt sui vel alieni iuris. §. finali
et de iure perso. §. 1. per glo. 15. q. vlt. c. cum mul-
ta glo. in d. c. quorundam et in d. c. ius gentium
Et plene per archiepiscopum florentinum. 3. p. 4. 3. c. 6.
per totum. Quomuis autem apud istos insulares
bella cognita forent vt in precedenti. c. diximus in
quibus aliquando capiebantur: non tamen propterea
effitebantur capientium serui: unde apud eos ius pri-
meum libertatem et ingenuitatem hominibus con-
cedens non dum fuit immutatum: immo semper
durauit: Quod enim non mutatur: stare non pro-
hibetur. l. sancimus. C. de testamentis. l. precipi-
mus. C. de appella. vel saltem si capientium effiteban-
tur serui: quando in bello capiebantur: illi tamen
qui capti non erant: liberi reputabantur et ingenui.
Quam si quidem ingenuitatem siue libertatem: si-
cut et aliarum rerum dominium: si quod habebant:
sibi post sacrum baptismum retinuerunt: vt est
textus valde notandus in. c. iudei siue sarraceni
de iudeis: nec illam aliquomodo perdidit: quando
capti sunt a serenissima maiestate uestra: quia
euntibus Christianis et illuc accedentibus fidei quoque

nosteam et aduentus sui causam narrantibus: statim
 et sponte adhererunt et crediderunt et quatenus in
 eis fuit: se disposuerunt. Unde ad eorum subiectio
 nem: bello armis vel insidiis opus non fuit: Con
 sequenter pristinam non perdidierunt libertatem:
 imo illam indubitanter retinuerunt secundum co
 munem doctorum sententiam Immo hosti. 10. an. et
 alioz in. c. q. super his de voto. Quos sequitur
 pe. ancha. in regula peccatum de re. iuris li. 6. co.
 29. Ps. sed hic quero et Archiepiscopus florentinus
 3. p. 4. c. 2. co. 4. in principio. Ex quibus
 potest vnum attentari memoratu dignissimum
 q. si aliqui ex istis in sularis aite q. officiantur
 Christiani exant nobiles secundum comunem eorum
 opinionem et consuetudinem: postea Christiani
 ac baptizati: eandem retinent nobilitatem. nam si
 pristinam retinent libertatem et ingenuitatem. Et
 supra dictum est: retinent etiam rez dominium:
 patriam potestatem et alia de quibus in sequenti
 capitulo dicemus: multo fortius retinere debent no
 bilitatem quam antea habebant ita notanter colligo
 ex his que dicit so. de pla. in. l. 1. co. 4. Ps. et ex his
 inferitur: ubi dicit q. sarracenus nobilis in terra sua
 a nobis captus erit nobilis idem dicit de nobili Chris
 tiano capto ab infidelibus: et loquitur ille de istis
 qui in bello capiuntur: de quibus non dubitamus
 quin officiantur captivum serui: ut paulo ante
 dicebamus: si tamen non sunt capti in bello: nec
 aliter et perclunt libertatem et ingenuitatem pris
 tinam: imo eam retinent pari ratione pariq. iure
 et nobilitatem sibi retinebunt. Consequent ex illi
 qui ratione nobilitatis excusabantur a tributis et
 seruitis personalibus vel realibus ante baptismum
 postea baptizati similiter excusabuntur: ut satis
 forsam dicitur infra in septimo capitulo. quo d.
 quidem in iudeis baptizatis mihi non esset sine
 scrupulo: cum iudei ex propria culpa serui facti
 sunt.

no. inter
 indos de offe
 nobites.

sunt ut dicit textus non in. c. etsi iudeos de iude
 is et sarracenis. Ex quo dicebat colectanus post
 alios in. c. i. in fine de ~~hanc~~ causa. q. iudeus tanq.
 seruis non potest accusare etiam si suam vel suorum
 prosequatur iniuriam. quod est notatu dignum de
 cuius veritate ibidem et. Quamuis enim iudei in
 multis casibus haberent immunitatem anteq. Christus
 veniret in virginem hodie tamen reuocata est: ut
 1. iusio et ibi glo. C. de iudeis. ideo compelluntur
 ad munera soluenda: ut 1. quocumq. co. ti. et 1.
 aurales. C. de hereticis. Et 1. omnis qui quolibet
 C. de decurionibus li. 10. Et ibi so. de pla. quem
 videas. sed in aliis barbaris infidelibus dubium non
 est quin apud eas sint maxime dignitates illustres
 ac regie. habent enim reges suos ut probatur in. l.
 maximis. C. de et ibi notat bal. q. retinere
 debent facti Christiani ut supra dictum est.

.S. Prmero:~

Quonimo etiam si a principio restitissent liberta
 tem et bona sua defendentes anteq. gentem nrām
 et sui aduentus causam cognouissent: non prop
 terea libertatem perdidierunt. Quoniam defensio a
 iure naturali permittitur. 1. ut vim ff. de iusti. et
 iure. 1. 1. C. unde vi. Et in. c. olim el primerode
 restitu. spoli. et in. c. dilecto de snra exco. li. 6.
 Et sentiunt doctores preallegati. Non enim sta
 tim q. Christiani ad insulas aceserunt teneban
 tur se illis tradere: quos merito inimicos putabant.
 Sed tunc demum: re ipsa detecta et cognita: q.
 non debet quis suis inimicis statim credere. ut
 c. accedens ut site non contestata. c. de cetero. c.
 quis de sen. exco. etiam cum literis de saluo con
 ducto ut probatur in dicto. c. accedens. Tamen enim

possunt nō
 se defende
 re.

cautio fragilis est. ac. c. literas de restitu. spolia.
in fine etiam reconciliatis de presenti vt. c. 2. 3.
q. 5. glo. no. in c. per tuas in verbo inimicitias in
fine de simonia: presertim cum antea fidem Christi
non audierint. Et si forsam aliquando ad eos per
uenit ex predicatione petri vel pauli vel sequatorum
qui in occidente predicauerunt: iam non erat fidei
nre aliqua memoria. Interim ergo q. ipsi insu
lares certiorabantur de proposito et intentione Chris
tianoꝝ eos expugnantium: bellum ex parte sua
erat iustum: et consequenter capti in bello non
erant capientium serui. iuxta nota in l. hostes. ff.
de captiuis et in. c. dicat aliquis. 23. q. 5. et in. c.
sicut el. tercero de iure iurando et. 2. parti. ff. 29.
l. 1. ubi dicitur q. si bellum est iustum ex parte
capientium: et iniustum ex parte capientium:
et iniustum ex parte captioꝝ: is qui capitur est
capientium seruus: et peccat a dno fugiens. 17. q.
4. c. si quis seruum: sed ubi bellum non est ius
tum: licet ei fugere. l. 3. ff. de captiuis. glo. in. c.
ius gentium. 1. dis. et facit. l. 1. §. finali cum. l.
sequenti. ff. de iust. et iu. insti. eodem §. ius aut
gentium cum sequenti. hodie tamen ex consue
tudine approbata inter Christianos non seruantur
iura captiuitatis et postliminii. et capti non effi
ciuntur capientium serui. sed quantum ad bona
bene seruantur. Cui consuetudini standum est:
vt. d. l. postliminium. ff. de captiuis som. Bar.
in d. l. hostes eo ff. quem alii ibi referunt Et
sequuntur. Abb. in d. c. sicut de iure iurando. co.
ff. 85. sed clarius Et in. c. 1. de conuer. in fide
Angelus fide perusio in disputatione incipiente:
reuocata guerra in prin. Ange. de azatio in §
serui insti. de iure perso. in §. rursus co. 2.
insti. de actio. De hoc habemus legem regni. 2.
parti. ff. 29. l. 1. que dicit: q. tunc capti in bello

efficiuntur

quibus mirandis
hyspani proba
bunt illi verita
tem si veritas
est.

quomodo rige fiet
ista gerit
tio.

falsus est.

Efficiuntur capientium serui: quando bellum est in
ter homines diuersę fidei. postq. vero fuerunt cer
ti de fide nra et de subiectione qua tenebantur ecclie
ac maiestati vre obedientiam prestare ratione do
nationis sibi factę: debuerunt statim asua opinione
recedere: Et veritati adherere. quia veritate ma
nifesta: cedit opinio veritati: vt inquit Augus.
de unico baptismo ff. 2. Et habetur in. c. veri
tate. §. dis. ad idem bonus tex. in. c. quicumq. 71.
di. Et c. significantibus de purga. vulgaru. Quomq.
ergo ignorantia fidei nre, eos non excusaret quoad
deum: q. ignorans ignorabitur. vt inquit apostolus
1. corin. 14. Et habetur. dis. 32. §. vlt. et di. 38.
c. qui iea: nisi fecerint quod in se est: vt sepe dixi
mus: Bene tamen excusat quo ad homines: vt
tales insulares se possent iuste defendere a Chri
stianis: eos inuadentibus quousq. veritas esset sibi
detecta: declarando eis quomodo totius mundi cu
ra Et potestas residet penes papam: qui istius pro
uincie maiestati vre donationem et concessionem fe
cit: cui tam diuino et ecclie donatario tenentur obe
dire ac fidei nre predicatorum admittere qui ista et
fidei nre misteria vberius sibi declarent: quod si
facere noluerint: dato sibi termino ad deliberandu
competenti tunc bello vi et armis inuadi et expug
nari possunt: bona capi et personę seruituti dona
ri: quia bellum ex parte Christianoꝝ est iustifi
catum. ista est comunis et indubitata doctoꝝ in pre
allegato. c. q. super his de voto vt dictum est supra
isto. c. in fine principii quicquid dixerit doming
Cardi. in d. c. q. super his ff. co. Ad cuius confirma
tionem facit illud quod habetur deuterono. c. 20.
ubi dicitur: si quando accesseris ad opugnandam
ciuitatem: offeres ei primum pacem: si receperit
Et aperierit tibi portas: cunctus populus qui in
ea est saluabitur: Et seruiet tibi sub feudo.

iniqui si
ne fide christi
tenetur credere
dicunt hyspanis
linguam curra
et potestas esse
apud papam.

ergo no est
pignus mundi
bellus

Si autem fedus inire noluerint: & ceperunt con-
tra te bellum opugnabis eam etc. Primo igitur pax
mittenda & offerenda est: hoc est qd dominus di-
xit ad discipulos suos quando misit eos predica-
re dicens. in quancumq; domum intraueritis pri-
mum dicite pax huic domui etc. & quicumq; non
receperit vos: neq; audi erit sermones vros: exe-
untes foras de domo vel ciuitate: excutite pulue-
rem de pedibus vris Amen dico vobis tolerabilius
erit terre sodomoz & gomorreoz in die iudicii qm
illi ciuitati: vt habetur math. 10. marc. 6. lu. 9.
& 10. ecce quomodo voluit Chrs nos instruere quando
eundem erat ad infideles: per prius erant
salutandi: deinde erat eis predicandum euangeli-
um. Si autem predicatorum non fuissent admissi
res illi cogere vt satis colligitur ex verbis
predictis. si igitur infideles noluisent predica-
tores fidei admittere: licite perueniretur ad arma
& bellum contra eos: donec predicatorum ipsos ad-
mittant. fateor tamen qd licet isti insulares ex
hac causa principium non amiserint libertatem: cum
non resisterint apncipio postq; veritas fuit sibi
detecta: statim predicatorum fidei admitterunt: ni-
hilominus tamen aliqui eoz ita sunt inepti et im-
becilles: qd se nullo modo quernare sciunt. quapro-
pter largo modo possunt dici serui: quasi nati ad
seruiendum non autem ad imperandum vt tradit
philosophus politicoz. 1. & hoc modo insipientes
seruire debent prudentibus: vel subditi dominis.
Isti tamen liberi sunt & ingenui vt 1. fi. C. de
seruis fugitiuis. dicuntur tamen serui. 1. ser-
uientes. & ista seruitus largo modo sumpta in-
troducitur de iure gentium. qd vtile est homi-
ni imperito: a sapiente & perito regi. & scdm hoc:
habita ratione ad utilitatem: potest dici qd fue-
rit introducta a iure naturali: vt dicit dominicus

hoc no est vique
quod dicitur sed
falsus

falsus testimo-
nium a tyrannis
ad inueniunt

in Prelegato

in preallegato. c. sus gentium. 1. dis. et de ista ser-
uitute intellexit philosophus vbi supra. de quo
per solum thio. in tractatu de regi. prim. li. 2. c. 10.
& latius per magistrum de roa in tractatu de do-
mino & seruo in principio cuius supra facta est
oportuna mentio & so. maioris. 2. sen. dis. 44. q. 3.
circa finem. S. cum autem liberi sint: non cogun-
tur aliis seruire: nec seruilia exercitia facere: quz
comunem libertatem excludant cum nihil sit liber-
tate pretiosius. non enim (vt Catoni placet) bene
pro toto libertas venditur auro. nihil est serui-
tute vilius ac grauius. quid enim habet cui in
vita esse velit cui libertas sublata est. Videmus
profecto animantia omnia hanc per maxima ex-
petere quod si cum in vinculis & cauea esse con-
sigerit: vnde possit libertatem prodere et erumpere
anni conatu experitur et tentat. hoc vero si-
tanq; minus diuinum bruta mentis & ingenij
expertes tantopere expetunt. Idem non faties
homo cui ob dignitatem excellentie cuncta anima
ha parent et obsequuntur. etc. Hec sint de secundo
capitulo Veniamus ad tertium.

Capitulum Tertium.

Tertio discernendum est de rerum possessionumq;
dominio quod insulares anteq; Christiani efficien-
tur et maiestati v're subderentur habebant: an postea
sibi retineant. In quo articulo arbitror sic fore di-
cendum: qd isti insulares (vt in primo capitulo
diximus) nihil proprium habebant: nisi quosdam
terminos ab aliis diuisos in quibus radicem her-
barum plantabant: quibus pro pane utebantur.
Hos vero terminos ita accurate custodiebant: qd
alios homines extraneos ibi intrare: vel eos occu-
pare: nullo modo sinebant: imo viriliter defendebant.

in In his ergo & aliis rebus ac possessionibus: in quibus illi anteq̄ conuenerentur & dominio v̄ro subderentur: dominium in comuni vel in particulari habebant: licite ac iuste tenebant: & hodie similiter tenent. Quia Christiani iam facti: & manifestati v̄re subiecti: non perdidit: sicut de ingenuitate & libertate in precedenti. c. diximus. Infideles enim sunt dominij reze ac possessionum capaces. Domini enim est terra & plenitudo eius orbis terraz est: testante psalmista ps. 23. transumptiue in. c. quo iure. 3. dis. & in. c. sua de decimis. omnia quidem fecit deus & creauit propter rationalem creaturam: cui illa omnino subiecit: vt habetur gene. 1. & ff. de usuris l. in peccandum: terram autem dedit filiis hominum ps. 113. ista quidem a principio omnibus hominibus communia fuere: & ab initio rationalis creature non erant in bonis alii cuius: ideo occupanti concedebantur vt habetur deuterono. c. 11. vbi dicitur omnis locus quem caluerit pes vester vester est: quia quod in nullius bonis est: primo occupanti conceditur: vt l. 3. ff. de acqui. rez. dominio. in §. fere iusti de rez. diuisione. & pro. 22. c. transumptiue. 25. q. 1. c. que ad perpetuam dicitur: ne transgrediatis terminos ~~terre~~ antiquos: quos possiderunt patres v̄ri: quasi non liceret alteri occupare: postq̄ ab altero occupatum est: vnde lege naturali prohibitum est: ne quis alteri faceret quod sibi fieri non vellet: vt traditur in principio decretor. 7. Iure etiam diuino prohibitum erat q̄ vnus ab alio non caperet: per id quod dicebatur ne furtum fieret: per quod omnis violentia & rapina prohibetur. Exo. 20. c. et. 14. q. 5. c. penale. & 32. q. 4. c. meretrices. Hoc similiter iure gentium fuit inductum: quo rez. dominia & regna diuisa fuere. l. ex hoc iure. ff. de iusti. et iure. c. ius

gentium

17
gentium. i. di. legimus etiam primos parentes spetia
lia dominia habuisse per diuisiones inter eos factas:
vt apparet in abraham & lothi: quoz vnus acceperat vnam partem ad dextram: alius aliam ad sinistram vt habetur gene. 13. c. Ex tunc semper rerum dominia fuerunt diuisa & agnita. & merito quidem: quia naturale est res comunes neghgi. vt l. 2. c. quando et quibus quarta pars heredi. debeat. li. x. Communio etiam discordiam parit. l. cum pater. §. dulcissimis de lega. 3. Itaq̄ his tribus iuribus rez. dominia quodammodo induta videntur: efficacius tamen a iure posituo vt colligitur ex his que dicit Augus. super isa. et habetur in d. c. quo iure. 3. dis. vbi inter cetera dicitur que iure regum possidentur possessiones: Vnde si tollantur iura imperatorum: quis dicit hec villa mea est? hanc opinionem sequitur archi. flv. 3. p. 4. §. c. 2. §. 2. adde glo. in l. q̄ principes in verbo constituerunt. ff. de aqua pluua arcenda que dicit q̄ Augusti temporibus orbis Romanus agris diuisus est: vt possessio sua nulli habeatur incognita: qua per tributorum qualitatem suscepit soluenda commendat illam glo. so. de pla. in l. quicumq̄. c. de fundis limitophis. li. ii. c. Hec aut omnia non solum ad fideles sed etiam ad infideles referuntur: nam pro omni rationali creatura deus cuncta creauit: qui solem oriri facit: non solum super bonos: sed etiam super malos & omnia volatilia pascit. Math. 5. & dat escam omni arui: vt psalmista inquit ps. 132. infideles ergo sicut fideles licite possident ac tenent rez. dominia: quod aperte firmat innocentijs quem ceteri omnes sequuntur in preallegato. c. quod super his de voto. Ancharanus in re. potum de re. iuris. ff. 6. co. 29. Iso. sed hic quero. & in regula siue possessione eo ff. co. 2. archi. in. c. an est illata. ii. q. 3.

Archi. flo. 3. p. ff. 3. c. 2. in prin. videtur mi
 hi textus clarus in c. iudei siue sarraceni de iudeis.
 Et c. sicut eo. ff. de mulatoz. Et in l. nullus
 C. eo ubi iudeis permittitur bonoz comertium.
 Probatur etiam in capitulo post miserabilem Et in c.
 c. quanto de vsuris per locum especiali. Et prop
 terea quando ad fidem conuertuntur: permittun
 tur habere bona iuste acquisita. Et coguntur dimi
 ttere bona ex usuraria prauitate habita vt dicit
 glo. no. in c. iudei. de consecratione. di. 3. Item
 iudei perscribunt contra Christianos vt. l. si fur. S.
 .i. iuncta glo. in ps. usu capere Et ibi expresse
 notat Ioa. de Imo. ad hoc ff. de vsuca. sequitur Iaso.
 in rubrica. ff. de iusti. et iure. 2. co. melior tex
 tus est cum glo. in c. porro. 16. q. 3. Et consequē
 ter dominium acquirant. hodie habemus nota
 bilem extrauagantem Jo. 22. que incipit dignū
 cuius verba referam infra in 6. c. S. 14. ps.
 Et sicut ista. Ex quibus omnibus concluditur
 q. infideles rerū suarū dominium obtinent: si
 biq. post conuersionem retinent. Et non est
 sibi aliquo modo sine culpa vel causa iusta au
 ferendum: Vt patet ex preallegatis viribus sig
 nanter ex d. c. iudei: ibi a possessionibus suis
 nullatenus excludantur. Vide iacobum de scto
 Georgio in tractatu feudoz ubi ponit iuxta
 species iusti belli folio. 30. Et ibi dicit q. est ius
 tum bellum contra infideles: ~

§. Primo: ~

Ex istis primo inferitur q. propter solam infidelium
 infidelitatem absq. alia iusta causa non debent
 sibi bona auferri: nec bellum contra eos moue
 ri: Vt eoz bona capiant Christiani. Principes
 ergo infideles pacifice Et quiete venientes non
 sunt a papa vel aliis principibus Christianis

Iuste infideles
 tenent regna

De suis

Oldradus

De suis terris vel sedibus aliquomodo expellendi: cum
 terrarum ac sedium suarū sint domini: Vt supra
 ostensum est. ita expresse concludit glo. no. in c.
 si de rebus. 23. q. 7. Oldradus consilio. 87. incipi
 ente queritur an princeps. Et Iofan. in speculo
 ff. de iudeis Et sarracenis. co. 2. ps. an liceat
 inuadere. Idem firmat Aug. de anthona in libro
 de potestate ecclie. q. 23. ar. 3. dicens q. infideles
 tenentur amittere potestatem Et libertatem grē
 non autem potestatem naturę: Nam cum utroq.
 iure naturali gentium Et positiuo rerū dominia
 eis querantur: vt paulo ante dicebamus: satis vi
 detur iniquum contra illa iura eos suis dominiis
 sine causa spoliari. iure enim nature nobis par
 ticipant vt. c. charitas de pnis chs. 3. ante fine.
 Et item nonnulli vsq. ad ps. illi vero plus. Ex
 eodem iure nature Et ex charitate illis inCESSI
 tate subuenire tenemur: vt colligitur ex his que
 dicit Ioa. Cris. in epla ad hebreos transumpti
 ue in c. quiescamus. 72. chs. Et Ambros. in
 ff. de offitiis Et habetur in c. non satis. 76. chs.
 Nam vt inquit Augus. macedonio scribens
 Et habetur in c. prodest. 23. q. 5. Sicut dilec
 tionem iusi sunt timentibus debere qui timent:
 ita dilectionem iusi sunt timentibus debere qui
 terrent. Quod autem ex charitate agendum est:
 non ex furore Vt ait Gregorius scribens augus
 tino anglorū epō Et habetur in c. fraternitas
 .12. q. 2. contra infideles ergo tanq. contra proxi
 mos: Et oues petro Et successoribus comendatas:
 papa vel qui ius aliis pugnare non debet: nec
 bona eis auferre. quia dicente apostolo. i. ad Thes.
 4. honeste oportet ambulare ad eos qui foris sunt:
 vt nullius aliquid desideretur. Et loquitur
 de iudeis infidelibus: ne nomen dñi blaspheme

tux ab eis in nobis. Ideo provide statuit ecclia ut
non exactiones in iudeos non fiant nec coacta ser-
uitia ab eis exigantur propter tria. primo prop-
ter scandali vitiationem. scribitur. 1. ad Corin.
10. sine offensione Iudeis & gentibus &
ecclie dei. sicut ego non querens qd mihi utile est:
sed quod multis ut salui fiant. secundo propter
ecclie prohibitionem. ex quo cum pax eccliam pro-
hibita est: non fieri debet. Tertio propter pe-
riculi vitiationem nam cum eorum pecunia & in
pluribus sit usuraria & talem homo non possit
in proprium commodum conuertere: periculo ta-
men homo se exponit: aliquid ab eis accipiendo
ita dicit Aug. de anachona. in libro de potestate ecclie
q. 34. ar. 1. Quippe Christus & redemptor
noster ab hoc mundo discessurus oues suas pas-
cendas petro comisit. Ioa. 21. Et c. significas
ti de Rec. pasce inquit oues meas non distin-
guens has vel illas ut comprehenderet vniuersas:
& sic ipsos infideles: de quibus intellexit cum
per. Ioa. in c. 10. dixit alias oues habeo que non
sunt ex hoc ovili. Successor ergo petri habet illas
pascere & defendere: non autem impugpare vel
ledere permittere: ut. c. vno de nativitate ex libero ven-
tre: maxime si quiete & secure viuant ut de Iu-
deis dicit Iex. in. c. 1. & 2. de iudeis & sarra-
cenis. Ad idem facit qd notanter scribit augus.
ad Bonifatium dicens. Itaq; hostem pugnantem
necessitas deprimat non voluntas. Sicut bellan-
ti & resistenti violentia redditur: ita victori
capto misericordia iam debetur maxime in quo pacis per-
turbatio non timeatur. hec ille. & habentur in c.
nulli existimare in fi. 23. q. 1. hoc est dicere
sicut de bellanti & resistenti violentia debetur: sic
a victore venia conceditur capto: maxime in quo
pacis perturbatio non timeatur. Exponit ibi hugo.
& Archi. maxime idest tantum. Et ferunt qd

per illam

per illam expositionem Carolus rex sicilie ampu-
tari fecit caput Coradino Coradi filio qui preten-
debat habere Ius ad regnum Sicilie: quem victum
& captum iugulari fecit: ut illius temporis ana-
lia refert Ioa. de signiano in tractatu de bello.
& Archi. flo. 3. p. 4. c. 2. §. 3. si. co. si qui-
dem aduersarium victum & captum in quo pacis
perturbatio non timeatur dimittere debemus: a
fortiore ipsum quiete viuentem & nemini no-
centem. Ex merito ergo sue infidelitatis infide-
les quiete viuentes: non debent reze suaz domi-
nio priuari quamuis de iurisdictione aliud sit di-
cendum ut dicemus infra. c. 4. §. 7. ad finem.
Vnde si Christiani principes aduersus infideles
bellum moueant: ut eos a sedibus suis expellant
eorum bona & personas capiant ex hoc solo quod
infideles sunt: licite poterunt se defendere &
bellum ex parte sua iustum: ex parte vero Chris-
tianorum: iniustum. & si ab infidelibus capiuntur:
erunt capientium serui: ut est Iex. valde no.
in. c. si epus de supp. ne. pre. li. 6. & ibi glo.
in verbo libertati. nec licebit taliter captis fugere
vel recedere nec infidelium bona furari: nec
alios eosdem captos vel capientium bona capere
potest: alioquin tenentur restituere in foro
conscience sicut hosti. in suma. de sem. et remiss.
§. quibus & qualiter co. 12. vs. quid ergo si
treuga sequitur Ancharranus in preallegata
regula peccatum. co. 23. ver. existis infero qd
reputo valde notandum. li. 1. ff. 33. c. 3. ver.
quid si aliquis Christianus. ad hoc bonus textus
in. c. ius militum in fi. 2. di. et ibi glo. & in c.
dicat aliquis. 23. q. 5. & in. l. naturale. §. fi.
ff. de acqui. rez. dominio: bene facit. l. regum. 2.
part. ff. 22. l. 7. §. 7. par. ff. 14. l. 13. que dis-
ponunt de Christianis captis & captiuis ab in-

no. quater
fuit sui chri-
stiani infidelium

no. istos leges



hoc intelligit
de sarracenis
qui sunt presu-
muntur pman
ad ingruendum
christianis in
et alijs.

fidehibus (et ff. aliqui tamen volunt qd dato qd
infideles non impugnent Christianos: bellum
sit licitum contra eos: quia verisimile est qd quo
modo possint impugnabunt et persequentur Chris-
tianos quasi hoc naturaliter eis misit. Unde di-
cit magister in his ff. scolastica. c. de fuga agror:
q illud quod scribitur gene. 16. de patre eoz
ysmael a quo descenderunt: vt. c. et si iudeos
de iudeis s. manus eius contra omnes. Et manus
eoz contra eum. in regione fratrum suoz figit
tentoria: verificatur in sarracenis Et qui de
genere suo descendunt: nam ipsi pugnant con-
tra omnes. Et omnes contra eos. Et ideo licet
modo sint in pace quia non vident se posse na-
re: quia tamen verisimile est qd in futurum
pacem perturbabunt: non est eis in indulgendum
et q. 1. c. noli in fi. ita dicit oldra. consilio.
72. incipiente an contra sarracenos Et Albe-
ricus in rubrica. C. de paganis. de quo per
Arch. flo. 3. p. 4. c. 2. §. 3. in fine.

§. Secundus.

Secundo inferitur ex predictis qd infideles sig-
nanter iudei habent dominium super filios quos
in potestate tenent: Vt est textus et ibi not. abb.
in. c. 2. de conversione infidelium probat textus.
Et ibi notat bal. in. l. nam Et iurium Et in
l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel
ali. iuris Tenet Prepositus Alexandrinus in
c. qui sincera co. 2. 45. dis. nam inter iude-
os est matrimonium. c. gaudemus. c. quanto de
diuortis. c. de infidelibus de consanguini. et affi.
ergo Et patria potestas est inter eos in sti. de patri
apo. l. post hmi. §. filius ff. de captiuis Et post hmi.
et q. Et propterea tenentur filios alimentare Et

dotare

20
dotare. vt. l. cognouimus. C. de heredi. Tenent An-
gelus Arctinus Et saso. in. d. fuerat ante ins-
tituta de acti. dixi in. c. per vestras de dona.
inter virum Et uxorem co. 76. §. Et proce-
dit hoc Et si legitima non sufficit ad dotandum:
possunt ob hoc fidei commissum diminueri. Vt
notanter voluit bal. in aucto. res que. C. comu-
nia de legibus. in fi. fateor q. son. an. Et aliqui
ahi tenent qd iudei non habent filios in potestate:
quia cum ipsi sint serui vt. c. Et si iudeos Et
consequenter in Christianoz potestate: non possunt
filios in potestate habere. l. sic eueniet. ff. de
adul. sed quod prius dixi videtur de iure Verius.
nec est mirandum de hoc nam iudei ligantur
legibus Et eoz privilegio gaudent: vt. l. iudei
C. de iudeis. l. spadonem. d. nam autem. ff. de
excu. tu. vbi per illum textum dicebat not.
bal. qd iudeus potest esse procurator Christiani.
Potest etiam esse tutor Christiani vel curator vt
sentit ibi Bar. sed ipsemet Bar. voluit contra-
rium in rubrica. ff. de iusti. Et su. nam cum ipsi
Iudei sint Christianoz serui: Et ab eis posside-
antur: vt. d. c. et si iudeos. s. am aliquos doc-
tores non leuis auctoritatis: Et consequen-
ter non possunt esse alioz tutores: vt. l. fi. C. de legi.
tu. bene facit. l. sic eueniet. ff. de adul. prealle-
gata Et l. liber homo. ff. de acqui. rez. dmi. Et
in. d. est autem in sti. de tutel. super quo tamen
videndus est Iudo. Ro. in l. pactum. C. de collat.
Item uxor iudei habet privilegium tacite ysteece
sicut Christiana Vt notabiliter voluit hosti.
quem alii sequuntur in. d. c. gaudemus de duor.
ego dixi latius in preallegato. c. per vestras. co.
139. §. amplia. l. Siquidem gaudent privile-
giis legum Et habent filios in potestate: non sunt

eis inuitis auferendi etiam ut christiani essent
tur: ut est glo. no. m. c. iudeoz 23. q. 1. quom
sequitur domi. cardina. abb. so. de anania mati
anus & fe. m. c. sicut iudei de iudeis & Calde
rinus eadem 4. consilio. 3. Card. in ele. 1. co. 11.
in fine. hanc opinionem ante eos tenuit beatus
Thomas 22. q. 10. ar. ult. & 3. p. q. 68. ar. 10.
& quodli. 2. ar. 7. & sequitur Durandus Ri
cardus & petrus de palu. 4. sententiarum di. 4. &
Card. sancti sixti m. c. de iudeis. 45. di. &
Prepositus Alexan. m. c. qui sincera. eadem di. &
Archi. flo. 3. p. 112. c. 2. §. 4. & 3. p. 114.
c. 13. §. 9. Idem tenet Augus. de anho. in li.
de potestate ecclie 24. q. ar. 3. Qui omnes tenent
& firmiter q. rex vel princeps vel quouis alius
christianus non potest capere filios paruulos in
fidelium inuitis parentibus quoz cura natura
liter subiacent filii rationis usum non habentes:
vnde videtur hoc repugnare preceptis legis natu
re: quia de lege naturali est non solum filioz
pro creatio: Verum etiam nutritio & educatio ut
insti. de iure naturali in principio nam scdm glo.
ibi hoc iure naturali mouentur parentes ad edu
cationem filioz suoz potius q. alienoz ut ff. in
de hberi. l. scripto. quousq. ad usum rationis
perueniant ut. c. 2. de conuersione infidelium &
galathaz 4. ubi dicitur quanto tempore heres par
uulus est: nihil difert a seruo cum sit dominus
omnium: sed sub tutoribus & auctoribus est
vsq. ad prescriptum tempus a patre: vnde nec
papa posset legem naturalem instituire nec de
ponere ita dicit Aug. de anho. Vbi sup. idem
sentiant doctores preallegati. Si pater & mater
mortui sunt ut pluries contingit quia pater

relieta

21
relieta vxore pregnante mortuus est / mater
statim post partum similiter moritur vel aliter
moriuntur parentes anteq. puer habeat rationis
usum / tunc propinquiores de genere sunt tuto
res legitimi loco parentum. vnde ipsis inuitis
baptizari non debent. Quod si forsam de facto
baptizentur: non recipiunt sacramentum ut sen
tiant doctores preallegati petrus de Palude & Car
dinalis sancti sixti vbi supra quos sequitur alexan
derinus m. d. c. qui sincera. Quia ad baptismum
non sufficit q. in recipiente non sit obiectum con
trarie voluntatis: sed requiritur voluntas direc
ta vel interpretatiua: nam si adultus nutritus
in nemore qui nunq. aliquid audiuit de fide vel
baptismo: est in solo originali: si talis baptiza
retur dormiendo: nihil omnino esset factum: &
tamen in eo non est obiectum voluntatis con
trarie: ergo propter carentiam directi requiritur
sui actus voluntas vel proprie in adulto: vel
interpretatiue ut in paruulo. paruulus enim
nullam habet voluntatem interpretatiuam nisi
solum parentum: propter quod consuevit dici q.
antiquitus ante datam circumcisionem: salua
bantur in fide parentum: non autem alioz nisi
quatenus gerebant vicem parentis: ergo si in
uitis parentibus baptizaretur paruulus nihil
videtur ibi fieri: cum desit voluntas eoz directa
vel interpretatiua. Preterea in recipiente bap
tismum necessario requiritur fides ecclie propria sicut
in adulto: vel aliena sicut in paruulo: scdm Aug.
Sed nulla fides aliena sufficit in paruulo nisi
fides parentum: tum q. alii a parentibus nullum
ius habent in eo: tum q. ipse non pertinet ad
eccliam nisi ratione suz originis: ergo ad hoc bap
tisma necessaria est fides parentum. vnde Aug.

libro de peccatorum remissione: Mater ecclia os mater
num parvulis prebet: ut sacris mysteriis imbu
antur: qz non dum possunt ore proprio credere ad
salutem. Sed ista nullo modo pertinent ad fidem
ecclie: nisi in christiantibus parentibus: cum alii sup
ipsos nihil fidei habeant: ergo deficiente fide &
Voluntate parentum nihil omnino recipiunt. Sed
Btus Tho. & alii de quibus supra videntur te
nere contrarium dicentes qz licet parvuli infide
lum multos parentibus non sint baptizandi: ta
men si de facto baptizentur sunt Vere bapti
zati: & cogendi sunt fidem servare. hanc opi
nionem sequitur archi. flo. ubi supra ubi inter
cetera dicit quill. dicere qz licet nutricibus uide
oz parvuloz eos multis parentibus baptizare non
liceat: sed si in articulo mortis hoc facerent: cre
dit qz non peccarent. Sed si alter parentum con
sentit cuiuscunqz etatis parvulus ~~apparet~~ in fa
vorem fidei: videretur baptizatus sam pe. de pa.
& alios ad hoc bonus tex. & quod ibi no. in c.
2. de conversionibus. in si. ubi si alter infide
lum conjugum venit ad fidem altero in infide
litate errore manente: communis proles assignatur con
verso. Pari ratione idem videtur dicendum si
ex pluribus consanguineis vel tubribus parvuli:
mortuis parentibus infidelibus: parvuli baptismo
consentiat: prevaleret talis consensus ahoz dissen
sui vel contradictioni fidei favore qz est bene no
tandum. & per ista videtur de curis subtilitate
respicenda opinio contraria que asserit infidelium
filios multis parentibus a principibus christianis capi
& baptizari posse. quam tenuerunt graves & non
levis auctoritatis doctores Jo. de deo. archi. &
domintous in preallegato. c. qui sincera. 4. di. Jo.
an. & alique alii in d. c. sicut de iudeis scotus

4 smazz

22
4 smazz di. 4. in fine. quem sequit ibi Gabriel
ad finem recitatis omnium opinionibus eozqz
fundamentis Durandus fomen ibi inititur con
cordare opiniones distinguendo ut ibi per eum
quem refert dominus iacobus de villascusa eps
Masa. in suo eleganti opere de religione christi
ana. ff. 2. et. ii. cuius articuli veritatem sapi
entioribus dicendum relinquos. Sed ut cunqz sit:
si parvulis infidelium volentibus vel multispu
rentibus baptizetur: esto qz baptismum recipiat
nunquid erit educandus inter Christianos an apud
Iudeos? Calderinus in preallegato consilio. 3. in ff.
de iudeis & sarracenis concludit qz apud paren
tes Iudeos vel infideles: qui eum in paterna ha
bent potestate & eum repetere possunt per inter
dictum de liberis exhibendis ut. l. i. ff. de liberis
exhibendis: dum tamen parentes idoneam pres
sent cautionem qz eum ad etatem maturam per
venientem: in libertatem ponent & permittent
eum quocunqz voluerit ire quando scilicet
fuerit debi capax: nec amplius in sua habitatione
tenebunt. Item qz ^{eundem} interim non seducent:
nec ad infidelitatem deducent. Sed si hanc cau
tionem idoneam dicti parentes prestare nollunt:
vel non possent: nullatenus est eis restituendus.
ita concludit Calderinus ubi supra quem refert
& sequitur fe. in d. c. sicut in principio repu
tans hoc valde notandum. Sed mea sententia contra
rium videtur verius per tex. singularem cum
glo. in preallegato. c. Iudeoz. 23. q. 1. & hoc
tenet archi. flo. in. 2. p. ff. 12. c. 2. in fine.
periculosa enim esset & non sufficiens talis infi
delium parentum cautio. An autem baptismus
p. melum assumptus valeat & teneat vide in c.
maiores de baptismo & in c. contra christianos de

hereti. li. 6. In preallegato. c. de iudeis 45.
ch. dixi plene in c. ad dilectum de his que vi
metus ue causa fiunt in meis recollectis.

.S. Tertius:~

Tertio inferitur q. Christiani transeuntes per ter
ram sarracenoꝝ vel alioꝝ infidelium: tenentur
illis soluere pedagia. Dum tamen sarraceni vel
infideles ipsos transeuntes defendunt secundum
Raymundum in 2. p. summe. ff. de raptoribus
S. cum pedagia 35. sed quid de christianis?
quem refert Et sequitur hosti. in summa ff. de
censibus. S. ex quibus causis in fine. Pedagia
quidem ideo a transeuntibus prestantur ut trans
euntes securi transeant: ut sentit hosti. vbi
sup. Et sicutus Tho. Ro. 13. c. lectione. 2. in fi.
Et propterea colligentes pedagia: debent tenere
itinera tuta Et secura: ideo si fiat aliqua roba
ria in eoz curia vel territorio seu districtu ab
eis possesso: vbi exigunt a transeuntibus pedagia:
tenentur ea que subtracta sunt restituere vel
malefactorem exhibere. ff. de incendio. xvi. nau
fragia. l. ne quid. sam. Archidiaconum qui ita
not. in c. si quis Romipetas. 24. q. 3. quem re
fert Et sequitur bal. in c. i. S. conuenticulas
co. 2. 35. sed istud est valde notandum de pa
ce iuxta. fix. Et in c. 1. S. marchio. co. 3. 35.
extra quero de his qui feu. dare po. cuius memi
nit Bartholomeus cepola in tractatu de serui
tu. sub tit. de seruitute aquę ductus. Et plures
alii de quibus per felinum in c. postulasti de fo
ro compe. co. 3. Et in c. licet de proba. co. 3.
Ad hoc bonus tex in c. dñus noster 23. q. 2.
Et in c. preterea. 23. q. 3. Et per Bar. in l.

pretor

no.
s. ryo.

pretor ait in principio ff. de his qui eiecerunt
vel effuderunt. dixi latius in c. per vestras
de dona. inter virum & uxorem co. 466. 35.
ex quo inferit: quibus addo Andream de fuserna
in c. i. S. nauigia super verbo prouintia de
statu. et consue. contra liber. libro feudoz vbi
idem tenet q. predicti de quo latius per Paridem
in tractatu sui dicatus in parte robaria addo
etiam btum Tho. 22. q. 72. ar. 7. vbi dicit q.
si propter defectum principum qui tenentur cus
todire iustitiam in terra latrones increscunt &
prede agunt: ipsi tenentur restituere damnum
passis: quia redditus quos habent: sunt quasi sti
pendia ad hoc instituta: ut iustitiam conseruet
in terra. hec btus Tho. vbi supra Et in tracta
tu de regimine principum li. 2. cap. 12. in prin.
quem refert Et sequitur luchas de pe. in l. an
nouas. C. de exogatione militaris annoue in prin.
li. 12. Et Paris de Putco in tractatu sindicatus in
parte salarium. c. 4. in prin. idem hñsonit lex
regni S. pax. ff. 7. l. 4. in fine. Et facit l. fi. C.
de re militari in fi. li. 12. Et vbi notat Jo. de pla.
in finalibus verbis de quo etiam pulchre per hosti.
in summa ff. de incendiariis. S. contra quem Ver.
illud autem Et nota dignum cum sequentibus.
Si autem infideles pedagia a transeuntibus colligen
tes: transeuntes ipsos defendunt: Et itinera secura
tenent: merito pedagia ipsa hñte percipiunt: Et
ea fraudantes: tenebantur in foro conscie resti
tuere: quia cum hoc ius colligendi pedagia infi
delibus pertineat: Et ipsi parati sunt facere Et
faciunt id propter quod pedagia sibi prestantur:
non licet eos suo iure fraudare: immo in foro aie
debent sibi restitui: quia non dimittitur petum
nisi restituatur ablatum. regla petum de re. tu. li. 6.

sicut dicitur de gabellis iuste impositis: nam non possunt fraudari quominus debeant restitui ut per bar. & alios in l. vectigalia ff. de publi. per bal. in l. veluti. ff. de iusti. et iure. & in l. cum preponas. C. de nau. feno. & in l. z. C. de iure auro. anu. & in l. vna in prin. C. de cadu. toll. & in l. fr. C. de vectigalibus & in rubrica ff. de rerum diu. c. 7. per innocentium & alios in c. mouamus de censibus per abb. in c. 1. de consi. & ibi per fe. c. 20. B. ex quibus verbis, ubi refert alios doctores quibus addo bal. in c. 1. que sunt regalia. & firmatum in tracta. gabellarum par. q. 1. ubi de aliis. in quibus locis doctores communiter tenent quod dixi. Quod per iam dicta potest ampliari: ut procedat non solum quomodo gabella debetur christiano: sed etiam si debeatur infidelibus: iure proprio: vel ex conductione: prout cotidie gabellarii infideles conducunt gabellas a principibus: nam cum presupponamus in eis tale ius cadere: non potest ab eis sine causa auferri: si aut nec potuisset a fidelibus: ~

S. quartus: ~

CSubsistente autem causa iusta bene potest ab infidelibus eorum suorum dominium auferri: & super hoc si opus fuerit contra eos bellum moueri: ut puta si moniti eorum dominam & superiorem recognoscere & fidei nostre predicatores admittere noluerint ut tenentur: sicut dictum est supra. c. 2. in fi. quoniam & si illi a longissimis retro temporibus per viam successionis maiorum suorum tales habuerint terras sicut gentilibus titulis hoc est titulis quos gentilis philosophus iustos appellat:

causa vult esse iusta & posse ab infidelibus tolli dicitur. absurdum absolute si dicitur. opz distinguere

Si in

falsus

si in requisiti ex parte eorum cam dominam & superiorem non recognoscant: & fidei predicatores non admittant: assumunt sibi viam qua discedunt ab eorum vera domina & superiore: a qua totam dominandi superioritatem & auctoritatem habent ut in superioribus dictum est: & consequenter abutuntur potestate & auctoritate sibi concessa: quapropter eam hortentur amittere: c. ut per uilegia de preuilegiis cum circumstantiis. Pretertim quia taliter repugnando eorum domine: videntur crimem lese maiestatis committere ut patet per totum titulum ff. c. ad legem iustam maiestatis. & per consequens perdunt ius quod in bonis habent. l. quisquis. C. co. Quinimo non solum repugnant eo modo quo diximus: verum etiam quantum in eis est conantur fidem euertere christianam & omnes christianos ad suum trahere errorem & hostiliter quantum in eis est: christum & eius membra inquietant & in eum blasphemant paruulos & senes & quoscumque alios christianos capiunt & in furore trucidant lese maiestatis crimem committendo: merito debentur & a propriis sedibus deici merentur a regibus & principibus christianis quorum interst cultum diuini nominis procurare & ipsum auereri. quod potissimum fit in fidelium terras capiendo & christianos in eis ponendo: ut vult Ioa. maioris. 2. smax di. 44. q. 3. si christianos apud infideles habitantes: male tractarent: maxime in his que fidei sunt: eos ad infidelitatem vel heresim vel eorum prauos ritus & ceremonias deducentes: nam tunc ipsi christiani apud eos commorantes tanquam liberi vel serui quod forte capti in bello: possunt ab infidelibus fugere: & ab eis discedere vel papa seu eius mandati principes secu

lares Christiani possunt tales infideles debellare:
ut fideles a tanto liberent periculo istud est de men-
te sumo. quem alii comuniter sequuntur in d. c. cum
super his de voto. Et videtur textus no. in c. dis-
par. 23. q. 3. Et ibi glo. idem sequitur archi. flo.
3. p. 11. 3. c. 2. co. 3. fatumt que dicuntur in c. 4.
§. 9. tunc enim vim vi repellere licet. ff. de iust.
et iure. l. 1. v. 1. cum similibus. Si ergo iudei vel
infideles sunt scandalo christianis: potest rex eis
bona auferre: ut l. nullus. C. de iudeis. not. Al-
bericus in r. 1. C. eo. unde archi. i. in c. fraternitas
§. 4. d. Et Martinus in tractatu de principibus p. 101.
vide infra. c. 4. §. 9. in prin. 1.

§. quintus: ~

Quinimo non solum hoc procedit qm infide-
les iam processerunt ad actum: fatiendū fore sam
christianos preuaricare infide: eo modo quo dixi-
mus: sed etiam quando re integra: vehementer
presumitur q infideles in futurum fideles
preuaricare fatient in fide: nam Et tunc poterūt
fideles apud infideles commorantes ab eis rece-
dere: vel alii christiani bello insidiis vel dolo eos
inde extrahere. Et si forte infideles ipsi talia fa-
tientes vel suspecti q illa fatient: apud nos christi-
anos commorantur: possumus iure licito eos a nobis
etiam violenter expellere. ut a colli. go. ex dictis sumo.
Et aliorū in d. c. q. super his: dum loquuntur de
domino infidelis qui subditos habet fideles: quos de-
preuat: vel depreuare presumitur in his que fidei
sunt: nam tunc cogitur ab eis discedere propter
periculam communionis. Et hac de causa (ut opinor)
expulsi fuerunt iudei a regnis istis per maiesta-
tem vram una cum dulcissima coniuge helisabethi.

Seta

sancta regina: iudaica enim perfidia: peruersa vo-
luntate: libera contumacia atq pertrito odio Chris-
tianam insequabantur religionem. Cuius conuer-
satio multiplici ratione periculosa erat fidelibus: a
quia reuera comperit fuit iudeos ipsos quam plu-
res Christianos ad eorum prauissimos mores ritus Et
ceremonias de duxisse: Et vehemens erat suspitio
q in futurum idem facerent: unde merito expul-
si fuerunt. l. 2. C. de suma trinitate: vbi heretici
de ciuitate expelluntur: quia alios infitunt. vbi
cunq est enim timor infectionis aliorū: potest quis
a ciuitate expelli sam Guill. bal. pau. Et alios vbi.
Ad hoc bonus textus in auct. iurandam quod
prestatur ab his in fine. col. 6. Et in auct. de le-
nonibus circa finem col. 3. vbi senones Et alig in
honeste persone que alios inficere posunt: a ciui-
tate sunt expellendi. Et inde est q si aliqua in-
honesti mulier veniat ad habitandum in vicinia:
possunt alii vicini illam expellere. idem de leprosis
qui similiter possunt de ciuitate expelli sam pau.
de cas. in d. l. 2. idem de aliis personis que possunt
alios corrumpere vel de preuare. ut. c. fi. de con-
uersione in fidelium. Concluditur ergo ex pre-
dictis q subsistente legitima causa Et non alias pos-
sunt infideles reꝝ suarū dominio priuari Et
a suis habitationibus expelli ita consubuit ol. dia.
cons. 72. 37. quem refert Et sequitur albericus
in r. 1. C. de iudeis. iacobing. in tractatu feudoꝝ in
parte dux in fine. Ad confirmationem predictoꝝ
facit illud Hieronimi. resecunde sunt inquit putri
de carnes Et scabiose oues ab ouili pellende sunt est.
que habentur in c. resecunde 1.

§. Sextus: ~

Huc est q si aliqua regio prouincia vel regnum

olim fuit a christianis possessum: Et postea ab in-
fidelibus vi occupatum vel usurpatum: poterunt chris-
tiani propria auctoritate illud recuperare. Ista est comu-
nis sententia Innocentii. Et aliorum in d. c. q. super his de voto
abb. in c. 4. n. 3. Et l. 1. Et Theobaldorum. 2.
stu. di. 44. ubi pulchre lo. maioris in prin. q. 3.
ad hoc bene facit textus n. in c. 1. ps. et si conti-
gerit. de nova forma fidelitatis. ubi vasalli tenentur
dominum suum ad deferendam vel recuperandam
patriam si esset amissa: quatenus cunctis esset in loco re-
moto: quia dominus iure legitimo potest illum defende-
re: eamque perditam recuperare. per quam quidem
recuperationem: recuperans non perdit suum
quod non facit vim vassalis: sed inuasori ut notat in l.
1. d. interdum. ff. de legi. tu. per dy. et Curium
in additionibus sm bal. in l. 1. d. initio co. 3. p. ex-
tra not. ff. de off. prefeti vrbis. Ex predictis inferitur
quod omnium provinciarum conquesta quas infideles pos-
sident Et aliquando fuerunt hispanie: ad regem
hispanie ut vniuersalem principatus hispanie successio-
nem pertinet: nemine infitiantem. Sicut regnum gra-
natum Et omnes insule in oceano sitae que vocantur
insule herculis Et fortunata atque canarie quarum
aliquas rex Castellae possidet: ita dicit Rodericus
episcopus palentinus in sua chronica hispanie parte c.
17. Et plenus Alfonsus episcopus burgensis in sua allegatione
famosa quam fecit super conquesta illarum insularum
incipit ut hec materia, qui pulchre loquitur poterit
ergo res hispanie sua auctoritate illas a possessoribus
etiam vi Et armis capere quoniam eas tenent invito domino
Et non est aliquis superior apud quem possit super illis
iusta peti. unde propter defectum iustitie poterit ius
sibi dicere bello vi Et armis iuxta not. in l. 1. ut vim. ff.
de iusti. Et pre. in l. 1. et. 2. C. ne quis in causa ius
sibi dicat in c. ius naturale. 1. d. c. olim. 1. de iusticia.

rest. spo.

26
rest. spo. Nec poterunt se tueri possessores longam vel
longissimi temporis prescriptione: quod cum sint male fidei
possessores: nullo tempore prescribere possunt. c. vigi-
lanti. c. fi. de prescrip. regula possessor de reg. iuris
l. 6. nec est mirandum de hoc: quoniam regulare est
quod re sua spoliatus: in continenti illam recuperare
potest ut. c. olim el. 1. de rest. spo. ff. de acqui. per.
1. quod in eo. d. fi. ff. de vi Et vi armata. Et in ar.
1. idem. d. cum igitur cum similibus. In continenti
autem dicitur fieri: quam cito potuerint christia-
ni rem perditam recuperare ut traditur in prelati
galis iuribus. Est bonus textus in l. 2. d. Et con-
festim. ff. ad tercu. ad hoc bonam glo. in d. c. olim
in verbo statim Et in c. ansit de feri. Et in ps.
in continenti de appe. que dicit quod relinquatur ar-
bitrio iudicis quoniam dicitur aliquid in continenti fi-
eri: unde sineptum est tale quod non potest in bre-
ui ex petiri propter rei difficultatem: sicutum erit
recuperare quatenus cunctis facultas se obtulerit presertim
si superiorem non habent: ista est not. Et peregrina
decisio. hu. in sua glo. antiqua in c. ius male
1. d. quem refert Et sequitur bal. in l. 1. ff. C. de his
que anon de manu. dicens hoc mente tenendum.
de quo moderni doctores in plerisque locis solemne
faciunt festum: quos ego alias retuli in c. signi-
ficavit de prius Et remis. co. 59. in meis recollectis
ubi latius prosequor.

S. Septimus:

Et hac de causa Vra Regalis maiestas Ina cum
regina scilicet Elisabetha dulcissima coniuge grauiter
tallerunt: attendentes quod regnum granate olim fuit
possessum a regibus hispanie antecessoribus vris: ut
analia illorum tempore referunt: ubique Christi nomen

a fidelibus collebatur vsq; ad tempora Roderici
ultimi Gothoz regis infelicissimi qñ. propter eiꝝ
& Chriani populi peccata: mauri regnum illud &
fere totam hispaniam inuaserunt: Vbiq; enim
per omnes hispanias sarrazenoz gladius pasim
in Chrianos seuebat: vt habetur in .c. sigens
angloꝝ 46. d. & longe melius in chroni
cis: tunc enim (vt aliqui opinantur) impletum
est illud q; de ysmaele scriptum est in genesi.
.c. 16. qñ (vt habetur in hebreo) vocatus est
a domino anager: quia futurum erat: q; qui de
gente sua descenderet: omnem bestiaz rabiem
super egredere tur: & mansuetaz numerus
comprehenderetur ab eis. In sacris etenim lo
cis: interficient sacerdotes ibidem cum mulierib;
dormient: ad setoz sepulchra reliq;abunt sime
ta. & hoc pro nequitia Chrianoꝝ qui tunc erant:
vt ista narreat petrus Comestor in scolastica hist.
gene. c. 47. & resumat Osvaldus consilio 72.
incipiente an contra sarrazenos co. 2. & alveri
cus in xii. l. de paganis. Que omnia in hispania
contingerunt: vt chronice referunt. Anno dñi
octingentesimo decimo quarto ab illo vero tem
pore vsq; ad annum millesimum quadringessi
mum nonagesimum secundum / mauri regnum
illud granate violenter & iniuste detinuerunt:
quo anno vos reges catholici ac felicissimi .i. perfidis
illos chriane religionis hostes: truculentumq;
rabiem: nostris totis acerbis terrum phantem
vberes euope fines tot annis non sine magno Chris
tianoꝝ (ob imperij propinquitatem) incomodo ocu
pantem: & animi corporisq; viribus potentem: tot
laboribus: tot periculis profligatis: & oppida ci
uitatesq; natura artificiq; munitas / ferro igneq;
solo adqueastis: & machumeticam illam rabiem:

ferrea

27
ferrea animi durezza rigentem: ita extur
batis vt neq; quidem nunc ulla maneat. seuis
sime pestis vestigia & ubi prius resonabat
lex machumetica: nunc extollitur laudatur
& predicatur lex euangelica: ciuitatis autem
& regni granate custodiam ac gubernationem
domino Tuaco lopez. de Mendoga tendille co
miti tradidistis. in qua quidem regni recupera
tione: iustum & scilicet ^{excusatis} bellum: &
debitum summo deo prestistis famulatum .i.

S. Olaus:

no.

Idem (vt spero) maiestas v̄ra efficit circa
recuperationem regni Iherusalem: quod olim
papa Carolo regi eiusq; successoribus conces
sit: vt dicit bar. in .l. liber homo. ff. de
verbo. o. In .i. id quod apud hostes delega.
.i. hodie vero serenitati v̄re iustissime debe
tur: eo q; ~~hinc~~ Ioanes Iherosolimitanus rex
filiam ex sole vxore susceptam federico se
cundo imperatori & sicilie regi in matri
monium locauit: eiq; sus illud con donat dotis
nomine: quod sibi hereditario iure in regno
Iherosolimitano competebat hinc est q; omnes
seculi neapolitaniq; reges titulum Iherosolimi
tani regni verbis non autem armis sibi vindi
cant ita dicit platina in vita moentii tertii.
Sacra tñ v̄ra maiestas non solum illo. Verum
etiam aliis iustis modis regni titulum habent.
Quod terra sancta vocatur propter Christi
sanguinem ibi effusum: eiusq; passionem
ibi consummatam: nec non propter dominicum
sepulchrum ibi existens: nam post Christi passio
nem apostolorum predicatione & imperatoris

bello: infideles eam tyrannice possidentes victi fu-
ere & inde eieci: & aliquando christianeam
possiderunt. demum violenter occupata est ab
infidelibus: qui eam nunc tyrannice possident:
quam a maiestate v^{ra} recuperandam restitutum
damq; omnia vaticinia prenuuntiant. Ad quam
rem summo opere affectam serenitatem v^{ram} cognosco:
& in ea seta expeditione residuum vite consu-
mere satagit: sicut a proprio ore pluries ac-
cepi: & merito quidem. Quid enim prentius?
quid gloriosius quam christianos in miserri-
ma barbarorum seruitute seruientes libertati res-
tituere: & religionem nomemq; Christianum pro-
viri bus ampliare? quid sanctius quidque equius
quam saluatoris n^{ri} patriam ex infidelium ma-
nibus eripere? sepulchrumq; illius sanctissimum
a comibus diutius occupatum nostris longo post-
hinc redde. Nihil enim proli dolor / tur-
pius / nihil fedius nihil crudelius quam perpe-
ti hec a suis comibus possideri: plures enim
pro recuperatione terre sete plurimum labora-
runt. Quorum primus fuit urbanus secundus:
qui omnes fere occidentales principes tam proph-
anos: tum ecclesos ad Iherosolimam recuperationem
arxavit. Quam tandem Gothi fredi & Boc
mundi virtute precipua in christianorum po-
testatem redactam / una cum multis insignibus
Asie urbibus / septem Reges per annos duo de-
nonaginta magnanimiter tenuerunt. Eugenius
tertius Iodovicum francoz regem contra infide-
les & ipse animavit. Clemens Tertius post
occupatam a Saladina Iherosolimam Anthio-
chiamq; novam: & ipse expeditionem para-
vit. Quia Federicus barbarosa / Philippus fran-
cie / Ricardusq; Anglie reges / dux quoq; Burgun-
die una cum pluribus baronibus & epes comitibus

auspitiis

28
auspitiis arma susceperunt: qui capta p^halo-
maide Iherosolimam cum iam iam recuperatu-
ri essent a Saladino: urbis tutelam despera-
ta: orta simultate atq; omnia in patriam re-
dierunt. Asiam Innocentius tertius & ipse
expeditionem paravit: cuius vestigia principa-
tus illius successor Honorius Tertius novas
copias in Asiam destinavit. Quem sequutus
Gregorius nonus magnam armodum manum
illuc transmisit: qui exitum infelicem sortiti
fuere ob ducum ignaviam. Iodovicus rex francoz
Innocentii quartⁱ persuasione contra infideles pro-
fectus licet in initio aliquotiens prospere pugna-
verit: ad extremam in hostiles manus deveniens
pecunia redemptus re infecta in patriam rediit:
Novissimus omnium pius secundus missus per
universum orbem variis munitis omnes christi-
anas nationes ad turcoz excidium animavit /
nihilq; aliudq; Iherosolimam recuperationem intendens /
cuncta ad bellum oportuna magnificentissime
preparavit. Verum cum paratis omnibus Ancho-
nam petisset / in greciam transsectaturus: mor-
te immatura preceptus est: rem ceptam tam san-
ctam nequirit ad finem perducere / deo (ut rex)
sceleribus nostris iam tum infenso. Hec autem
ita evenisse credendum est: quia deus omnipo-
tens (cuius causa agitur) tibi christianissime rex
huius sanctissime expeditionis victoriam ab eterno
reservavit. Te ergo invictissime rex decet rem hanc
tam iustam / tam piam / tam setam egregie audac-
ter & in ea ad finem usq; constantissime per-
ducere. Te quidem expectat: tibi reservata
est: ut apud posteros famam perennem & apud
deum premium perpetuum consequaris. Sed hec
fieri nequeunt nisi inter principes Christianos



pax inuicem habeatur. Pacificanda est in primis
Italia: si uis omnia tibi ad nutum succedere:
Sicut eam pacauit Rius secundus priusq[ue] con-
tra infideles expiationem pararet. Alias omnia
in arsum redirent. De regno etiam Nauarre
quod nunc ratione scismatis titulis suis uide
accesit ut late in tractatu super hoc ad d[omi]no scrip-
simus: curam habere oportet: vel taliter de eo
disponere q[uo]d huic set[er]e expeditioni impediens non sit.

§. Nonus.

Similiter de Africa dicendum aliqui censent que
tempore augustini y ponensis Epi a christianis his-
paniarum regibus olim fuit possessa: Poluni quidem
qui & bandali a bandalo polome fluuio appellati
sunt: postq[ue] partem hispanie que ab eor[um] nomi-
ne Bandalia usq[ue] ad ista tempora nominantur:
adepti fuerunt ante gothor[um] aduentum: Aphri-
cani similiter acquisierunt regnante apud eos
armero quem alij Honorium Geserici filium ap-
pellant. Hunc latitantem gothi a finibus Hispa-
nie expulerunt. Regnauit in africa annis octo:
& arriana heresi infectus per totam Asiam
eclesiam persequitur: & tollit sacerdotes & cun-
cti ordinis clericos: ^{exilio mittit clericos} & laicos circiter quatuor milia:
martires fecit: confessoribus linguas abscidit: qui
linguis abscissis usq[ue] in finem locuti sunt. Et q[uo]d
etiam dei grauiter persecutus est: scatens uex-
mibus cunctis effusis uisceribus: miserabiliter ui-
tam finiuit. & post eum guntabundus & trisi-
mundus frater eius Galdexius & Gihner regna-
uerunt anno 105. Vt omnia illor[um] t[em]por[um] reserunt.
Colligitur etiam ex his que imperator Iustinia-
nus dicit in l. unica in prin. C. de off. prefet. precoris

aphrice

Aphric[us]. Ex quibus manifeste patet q[uo]d reges Emi-
dahi (que est prouincia hispanie) olim africanis sub-
iugarunt: qui erant christiani q[ui]s arriana essent
sabe infecti. Quam ob rem iustianus imperator
eos fortiter debellauit zelo fidei ductus: & breui
tempore africanam libertati restituit. Propter quod
gr[ati]as egit deo immensas ut habetur in d[omi]ni-
cis antiquis & in preallegata. l. unica. Postea
vero ab infidelibus usq[ue] ad tempora n[ost]ra occupa-
ta est: & prole regia subiuganda: Libica Sibilla
satis aperte pronuntiat sic dicens:

Sibilla.

Semper erit preceps discordia semper in affros:
non habitura fidem: nunq[ue] caritura procella:
surgit in hispanis Catulus leo / pulsus ab illis:
fide dei plenus: dauid alter: qui sibi terram
subiugat affrorum: post se bona multa relinquens.
In quibus Verbis: Ut mihi videtur: clare dicit
Sibilla: Africam a prole regia hispanie subiugan-
dam: quam sic intelligo // semper erit discordia
preceps in affros ides africani semper erunt dis-
cordes & precipitantes & sine consideratione pro-
nentes / & in agendis inconsiderate se habebunt.
Dicit subsequenter q[uo]d non obseruabunt nec imple-
bunt prouisa & propterea semper erunt in pe-
riculo constituti. Surgit in hispanis Catulus leo:
idest aliquis proueniens de domo regis hispanie:
nam q[ui] sibilla loquitur de ipso hispanie rege:
eum leonem appellat: q[ui] vero de eo qui non est
hispanie rex: appellat eum catulum leonem:
Vnde sunt qui putant hoc a maiestate v[est]ra dictum:
quamuis enim regia v[est]ra serenitas / uiuente Ihsa-
beth Regina sancta / maiestatis v[est]re dulcissi-
ma consuge: cui regnum hispanie iure licite debe-
batur: propter matrimonium cum ea contractum:
Verus hispanie rex fuerit: Ut lex regni aperte disponit

2. parti. ff. 1. l. 9. ea tñ defuncta: regnum trans
latum est in serenissimam Regiam Joannam domi
nam meam utriusq; vrum primogenitam: philippo
regi matrimonio copulatam unde amodo non leo:
sed catulus leonis appellatur: quatenus regna plura
teneat. Rex enim hispanie solummodo appellatur ille
qui est rex Castellę & legionis: quia ista est prin
cipalis hispanie pars. De excellentia igitur vram
& eius posteritate (ut arbitror) intelligenda sunt
verba Sibille qñ. dicit surget in hispanis Catulus
leo: nam & si antea rex hispanie fuerit: ut pre
dixi qñ tñ ista futura sunt non erit hispanie rex:
sed ille regia hispanie domo recta linea descendens:
vel de rege legionis: Es namq; filius regis Joannis:
qui erat filius infantis fernandis: qui fuit filius
Joannis huius nominis primi Castellę & legionis
Regis. & ita descendit per rectam lineam a rege
legionis. & propterea Catulus leo a sibilla est
appellatus. Vel appellatur catulus leo pro ut sacra
scriptura appellavit iudam filium Jacob Genesis
19. c. qui inter frēs suos fortior erat tanq; leo
& constantior: quibus non fuerit primo gentis
Maiores enim erant Ruben Simeon & leui: sed
ipse solum solus appellatus est Catulus leonis: idem
dicimus de dauid qui fuit fortis ut catulus leonis
qui vocatus est catulus leonis & non leo simpliciter:
q; cum dauid minor esset inter fratres suos ut
patet. 1. reg. 16. c. pugnavit cum Goliath philis
tinoq; fortissimo: & prevaluit adversus eum. p. reg.
17. Sic enim dixerat ipse dauid regi Sauli cum
pugnare vellet: pascebat seruus tui patris mei gregem:
& veniebat leo vel ursus collebatq; arietem de medio
gregis: & sequebar eos: & percutiebam exuebamq;
de medio eorum: & illi consurgebant adversum me:
& apprehendebam mentum eorum suffocabam interfectiebamq;

30
eos. nam & leonem & ursum interfeci ego seruus
tuus. erit igitur incircuncissus philisteus hic quasi
Unus ex eis. tunc autem de victo Goliath. gētico:
possitus fuit dux super viros belli: ut patet. 1. reg.
17. c. sicut ergo isti cum non essent reges: appellati
sunt catuli leonis: sic & maiestas vram catulus leo
dicitur q; tum ista erunt implenda: regnum legio
nis non habebit. Sed istis similis in fortitudine &
vi imperii: ista que sequuntur facere debent. Iste autem
catulus leonis expellendus erit ab hispanis. Nonne
hoc in regia vram persona iam contingit. quando
helisabethi scilicet Regina ad superos deducta: ad reg
ista capessenda prenominate rex philippus
Regine nostre maritus properaret: regnandi for
sam aviditate: vel aliquorum malivoloz consilio
& suassione: maiestatem vram amplius regna ista
gubernare nullomodo permittit: imo ab his regnis
expulit iccirco aliqui putant de vram maiestate in
telligenda verba Sibille cum dicit: pulsus ab illis.
quoniam alii viri a Rege legionis descendentes
expulsi fuerant a regno isto: ut contingit in pre
vestro eorum q; fratribus: in illis tamen non fuerit
verificata verba sibille que postea dicentur: unde
oportet vaticinium ad maiestatem vram referri
vel ad aliquem ab eo descendentem. Sequitur in
litera: fide dei plenus: magna equidem est fides
vram: ut omnes qui apud vram personam regiam
conversati sunt optime noverunt: ego quidem simi
liter novi. & subdit: dauid alter. i. similis erit
dauid in fide & in operibus suis. sequitur. Qui
sibi terram adiungat affrorum. hoc est iste catu
lus leonis: subjugabit sibi affricam. Quod mea
sma iam regia vram maiestas fecisset nisi lamen

tabile ecclie Romane scisma his temporibus inua
lisset. de quo in tractatu scismatis plene dicimus.
Preparauerat quidem cuncta ad bellum necessaria:
Et ad ciuitatem hispalim profectus: ut trans fretaret:
superuenit scisma predictum: cui uolens occurrere:
a proposito necessarie discessit. Sed forte deus in
ulterius prorogat tempus: ut potentia sua: suo
non fraudetur voto finaliter dicit Sibilla: post
se bona multa relinquens. sunt enim multa &
pene infinita bona que nostris temporibus sereni
tas vna gessit. que (ut opinor) posteris nostris erunt
incredibilia: cum re vera tanta sint tanq[ue] strenua:
que nec verbis nec litteris exprimi possint ideo hu
ius etatis historiis texentibus scribenda relinquo.
Hec sint de tertio articulo: in quo amplius quam
putarum moratus sum. Ex quibus aperte colligi
tur an & q[ua]nto bella contra infideles geri potest a Chris
tianiis. Vnum finaliter non omitto q[ue] capta ab ini
micis fidei efficiuntur occupantis: nisi locus vel cas
us sit: que acquiruntur regi: ita disponit. l.
regni. in. 2. parti. ff. 1. 19. quam tene menti.
aliud adhuc non est silentio pretereundum q[ue] Chris
tiani principes non debent a deo esse auidi circa
riguorem & terrar[um] infidelium occupationem: q[ue]
regna propria destruant cum non minoris sit ponde
ris parca tueri regna: q[ue] alia de nouo acquirere
quod no[n] inquit dominus Card. in. c. quod super
his de voto & facit. l. regni. 2. parti. ff. 3. l. 3. que
dicit non minus est t[er]ra acquisita tueri: q[ue] ipsam
de nouo acquirere: pro acquirendo igitur nouo reg
no vel potentatu: non debet quis regnum acqui
situm perdere. vel subditis in personis & bonis
fatigare. Unde Antonius pius Romano[rum] impera
tor: malo inquit scyponis exemplo Vnum ciuem
sex uare: q[ue] mille hostes occidere. & Marcus antonia

Verus

31
Verus similiter imperator: tante fuit humilitatis
ut quadam vice cum iam e[ss]et fructo exarior nil haberet
quod militibus daret: nulli uolens esse molestus: magis
elegit vassa aurea & vestimenta uxoris & aliam
supellectilem vendere q[ue] destruere prouincias sed vic
toria habita et illa temperauit et I.

Quartum Capitulum:

Quarto loco dicendum est de potestate Juris
ditio ne quam insulores domini (quos caciques
appellant) in suos inferiores subditos habebant:
utrum hodie post baptismum eandem sibi retine
ant: ea q[ue] uti valent. ad quod salua decisione
cuiuslibet sentientis respondetur: q[ue] domini &
caciques illi ante q[ue] Christiani efficiuntur: nullam
penitus potestatem prelationem vel iurisdictionem
habebant iure proprio: sed ex quadam ecclie per
missione precaria: Nec similiter hodie eam ha
bent: nec ubi ea possunt: maiestate vna vetante
ut dicemus infra §. 7. & 8. Ad huius conclusio
nis elucidationem: necessario inchoandum est
a potestatis sue iurisdictionis origine et processu.
ut per noc. in. c. licet ex suscepto de foro competen
ti in lib. 6. imperio & in. c. quod super his de
voto. ubiq[ue] per alios doctores per Albericum in. l.
cunctos populos. C. de suma trinitate per archi.
flo. 3. p. ff. 3. c. 2. in prin. per durandum in
libello de origine iurisdictionis. A principio
quidem creauit deus celum & terram: & omnia
que in eis sunt: angelicam & humanam naturam:
spiritualia & temporalia: ipsaq[ue] per se ipsum rexit
sicut factor rem suam gubernat. videns aut in ce
lo angelos ingratos & superuentes: pena debita
punit: eosq[ue] a celo proiecit. ut habetur Isa. 14.

absurdus val
de

Iste fuit primus actus iurisdictionis. Secundus
 fuit: quando primos parentes eius mandata preua
 riantes a paradiso terrestri deiecit. Et penas illis im
 posuit gene. 3. c. semetipso per seipsum puniuit Saimch
 Cain Et quosdam alios ut habetur gene. 4. Et. 5. c.
 Deus ergo rexit mundum per se ipsum vsq; ad
 tempora noe: tunc vero propter hominum peccata
 diluuium permisit gene. c. 6. et. 7. Et. 28. c.
 Ex tempore vero noe: cepit deus creaturas suas
 regere per ministros: quorum primus ipse Noe qui
 fuit rector populi quod apparet ex eo q; dominus
 archie gubernationem sibi comisit. gene. 9. et. 6. c.
 per quam archam etiam significatur. Constat etiam
 eum esse rectorem ex eo q; sibi Et filijs eius recto
 riam Et legem dedit gene. 9. Et quamuis de noe
 non legitur sacerdotem fuisse: sacerdotis tñ
 officium exercuit: post archie ingressum anteq;
 leges populo daret: ut colligitur ex Gene. c. 8.
 Vbi dicitur Edificauit autem noe Altare dño:
 Et tollens de cunctis peccoribus Et volucribus mun
 dis: obtulit holocaustum super altare: odoratusq;
 est dominus odorem suauitatis. hoc autem sacer
 dotis officium: Abel Et Cain simul primo antea fe
 cerunt. ut habetur gene. c. 4. idem fecerunt eoz pos
 teri vsq; ad diluuium quo vniuersi homines peri
 ere: excepto noe cum vxore sua tribusq; filijs suis:
 Sem / Cham Et Japhet: cum vxoribus suis gene. 6. c.
 quarum vxorum nomina verius commemorat. f. tifthea
 magna: pandora: noela Et noegla. Hi octo homines
 in archa liberati sunt in armenia saga. ab his om
 ne hominum genus in terris seminatum est: atq;
 ob id scythie recte noam appellauerunt: idest omnium
 deoz maiorz et minorz patrem: Et humane gentis
 auctorem: Et chaos Et semem mundi. Tiftheam vero
 aretiam: idest terram in quam semem chaos possuit
 ex qua

ex qua tanq; ex terra cuncti prodierant. nam
 excicata humo Et terre facta terra: noa cum fami
 lia de monte gordio: ut pax erat: descendit. Congre
 si vero coniugibus perpetuo geminos edebant: matrem
 Et feminam: qui adulti Et coniuges effecti: Et ipsi
 viuos partu liberos semper edebant. neq; enim deus
 vnq; vel natura defuit rerum necessitati: que
 vniuersi orbis spectat opulentiam. hoc pacto bre
 ui in immersum adducto humano genere omniq;
 armenia completa: opus erat eos inde recedere: atq;
 nouas sibi sedes conquirere. vnde profectus est
 noa ad regendum hitim: quam nunc itaham no
 minant. multiplicato autem in inensum genere
 humano: ad comparandas nouas sedes necessitas
 compellebat. Tunc noa pater adhortatus est om
 nes principes adquirendas nouas sedes: Et com
 munem cesum inter homines agendum Et vrbes
 edificandas. designauit itaq; illas tres partes orbis:
 Assiam: africam Et Europam: Ut ante diluuium
 viderat singulis autem his principibus singulas
 partes ad quas vent partitus: ipse per totum or
 bem Colomas se traducturum periclitus est: quas
 maxima gentium multitudine repleuit: Et in
 hispaniam venit: eamq; primus inhabitauit:
 Et in africam transmeauit nepotemq; suam
 Tubal vel Tubal in hispania gouernatorem relin
 quit. demum ad hispaniam rediit: Et duas famo
 sas ciuitates construxit: quas a nomine suo vel a
 nominiibus vxorum filiorum suorum (ut antiqui
 historio graphi testantur) nominauit. Noelam in
 regno Galetie sic dictam propter vxorem Japhet.
 Noegiam in asfuriis sic appellatam propter vxorem
 cham. itaq; noas dum in humanis ageret: vni
 versas rexit gentes.

S. Primus:

In hac autem rectoria vel vicaria successerunt patri
archie / iudices / reges / sacerdotes. Et alii qui pro spore
fuerunt in regimine populi iudeorum: Nam videns deus
populum illum dispersum: quem electum et pre
alio dilectum habebat: absque gubernatore et duce miserere
precepit moysi ut educeret populum suum de terra
egypti: qui eum usque ad iordanem eduxit: cui annis
presuit quadraginta in iurisdictione spirituali et temporalis
ipse quidem sacrificia domino obtulit: et Aaron et filii
eius consecravit in sacerdotes: fuit etiam princeps
populi: habens plenitudinem iurisdictionis in populo dei:
quantum ad temporalia. ipse enim solus et. 70. Viri de
quibus legitur nume. ii. et alii de quibus legitur exo. 18.
iurisdictionem universalem exercebant. ab illo igitur
tempore fuit iurisdictio in populo dei que per iudices
sacerdotes et duces exercebatur: quousque populus
israel sibi regem elegit saulem: qui fuit primus
rex israel. ut habetur. i. reg. 12. et quando a prim.
ex consensu populi et auctoritate domini fuerit elec
tus postea tamen propter eius inobedientiam fuit re
probatus et david oleo eius loco subrogatus et per
samuelem unctus: ut habetur. i. reg. 16. et filii eius
successerunt in regnum ex ordinatione dei. et duravit
hoc regnum usque ad natiuitatem Christi: ubi finem fecit.
Et ita regnum israel fuit legitime introductum:
unde merito in populo israel derivata est iuris
dictio: a quo omnes nationes originem traxere: ut
pulchre ostendit iosephus in primo antiquitatum lib.
alia vero regna quatuor. scilicet caldeorum et assiriorum qua
tum ad primum medorum et persarum quantum ad se
cundum: grecorum quantum ad tertium: Romanorum
quantum ad quartum: Regnum suis queque temporibus
habuere quorum vices sors temporum ita volauit.

Ut alterum ab altero solueretur. Inter omnia in
regna terrarum: duo ceteris gloriosiora traduntur:
assiriorum primo: deinde romanorum: ~~primo~~ ut tempo
ribus et locis inter se ordinata atque distincta sunt.
nam sicut illud prius: et hoc posterius: ita illud
in oriente: hoc in occidente exortum est. denique
in illius fine: huius initium confestim fuit. Regna ce
tera ceteraque reges: velut a pendices arborum habentur
secundum Isidorum in etymologia. libro. 6. c. 3. Ita
quidem regna temporalia ex usurpatione initium
acceperunt ex ^{Christo} ~~Christo~~ qui primus ante diluuium con
didit civitatem in qua regnare cepit: vocans eam
nomine filii sui enoch. ut dicit Augustinus. 18. de
civitate dei et sic omnes ex eo usurpationem domini
habuerunt. Unde non fuerunt a principio introducta:
sed per violentiam usurpata. ut singulariter ostendit
magister durandus in libello de iurisdictione athena
co. 4. et subdit quod in signum huius: hec quatuor
imperia seu regna ostensa sunt danieli in visione
in similitudine non hominum: sed bestiarum et non
in surrexerunt per viam rationis: sed impetu sensu
alutatis quantum ad primam sui originem ut dicemus infra.
§. 3. Si autem processu temporis hec regna hec regna
reducta sunt ad statum legitimum: oportet quod hoc fue
rit accedente consensu populi expresso vel interpre
tativo secundum durandum ubi sup. Nam cum iurisdictio
a primo fuerit in populo: in quo omnes de equalita
te contententes: quod natura eos quodammodo equaliter
produxerat: ut in. c. 2. in principio diximus: raro
vel nunquam conveniebant in his que populo erant neces
saria: quia cum quilibet propriam querebat utilita
tem: de utilitate rei publice nemo curabat. Unde ratio
naturalis et necessitas populum induxit ad designandum
aliquem vel aliquos qui principaliter dominarentur

Isidorus.

super alios & Reipublice curam gereret. ob hoc
populus Romanus sibi constituit aliquas personas
qui populo preessent. plebs enim difficile conuenire
cepit: populus certe multo difficilior: quapropter in
tanta hominum turba: necessitas ipsa curam Rei
publice ad senatum deduxit: & ita cepit Senatus
se interponere: & quicquid constituisset: obser
uabatur: idque ius appellatur senatus consultum. Eodem
tempore magistratus id est pretores iura reddebant.
Notissime sicut ad pauiores viros iuris constituendi
via transisse ipsis rebus dictantibus videbatur per
partes: euenit ut necesse esset reipublice per unum
consuli. Nam senatus non perinde omnes provin
cias prouide rege poterat: igitur constituto principe:
datum est ei ius: ut quod constituisset ratum esset
ut ff. de origine iuris l. 2. §. deinde & sequenti.
Itaque populus imperatori omne suum imperium &
potestatem concessit. i. honorem & onus: ut habetur
in l. 1. ff. de constitu. prin. & in l. 1. §. hoc etiam. C.
de veteri iure emicte. & in auct. quomodo oportet
epos in prin. glo. i. in c. 2. de translatione prela
torum 93. di. c. legimus. Ut late per Alexan. &
Jason. in l. 1. in fine ff. de iuri. o. iu. idem tenet Ioa.
fa. in d. §. sed et quod in verbo populus dicens per
hoc q. princeps habet iurisdictionem a populo q. populus
ei & in eum ipsam transtulit: ut ibi dicitur que ver
ba plus sonant q. si diceret ei tantum ut ibi per eum
dicimus in c. 5. §. 10. & hinc est q. imperator in
imperio habet intertionem suam fundatam a iure
optum ad iurisdictionem & protectionem: ut vult glo.
in p. hemo. forum. & ibi bar. & alii in l. bene
a Terone C. de quadrienali prescriptione. ange. de pe.
& alii in l. de precatio. ff. ad legem Ro. de iactu. so. de
pla. in l. vnica C. de conducto & procu. rerum fista. l. ii.

Idem dicimus de Rege vel alio domino tempora
li s. m. hosti. & so. an. in c. nimis de iure iurari. hosti.
henrvi. & alii in c. si diligenti de prescriptionibus
est. l. regni li. 2. ff. u. l. q. in compilatione montalui.
Ratio est q. sola iurisditio & protectio a populo fuit
imperatoris comissa: ut predicti. & hoc solum ha
bere debent reges & alii domini temporales qui impe
ratoris loco habentur ut plenius dicemus infra. c. 5.
§. 9. Ex quo multa possent inferri contra dominos te
porales qui non contenti seruitutis antiquis: que for
sam ob publicam ~~utilitatem~~ utilitatem imposita
non fuere: sed per violentiam vsurpata: ut presumer
dum est in casu dubio. s. m. noc. & alios in d. c.
si diligenti de prescrip. cum aliis de quibus infra. exi
gunt a subditis seruitia insolita: quid facere non
debent. ut l. cum satis. §. auent de agrico. &
censitis li. ii. latius infra in vlt. cap. dicemus
quia non est iste locus acomodatus.

§. Secundus

Redeundo ad propositum a quo digressi sumus:
Quis populus transtulit iurisdictionem in imperatorem:
ipsa tamen a sumo deo prouenit ut sup. ostensum est:
& ab ipso deriuatur in quancunq. eam habentem: ut
inquit apostolus ad Romanos scribens in c. 17. tran
sumptiue in c. qui resistit. ii. q. 3. 23. q. 1. c. quid
locupletatur. & q. 4. c. quesitum. Vbi dicit non est
enim potestas nisi a deo. itaq. qui resistit potestati: dei
ordinationi resistit: deus enim potestatem non abicit:
cum ipse sit potens. Job. 36. humana ergo potestas vel
iurisditio a deo est dani. q. dominabitur excelsus in
regno hominum: & cuiuscunq. aduerit dabit illud. Jo. 9.
non haberes potestatem aduersus me ullam: nisi
datum esset tibi desuper. Maxima quidem in omni

bus sunt dona dei a superna collata clementia: sa-
cerdotium Imperium. Illud quidem diuinis mi-
nistans hoc autem humanis presidens ac diligen-
tiam exhibens: vno eodemque principio vtraque pro-
cedentia: humanam exornant vitam: ita dicit
textus. in cuius quomodo oportet episcopos in primis colla. i.
Vnde per ipsum deum iusti reges regnant Imperis di-
tationem ac potestatem exercent. Iustus intelligo eos
qui ordinate potestatem adipiscuntur sicut illud hebre-
s. Nemo sibi honorem assumit: sed qui vocatur a
deo tanquam aaron: dico etiam eos iustos: qui iuste
vtuntur potestate vel iurisdictione sibi concessa. puta
cum sicut precepta diuine iustitie hoc faciunt de istis
loquitur Salomon in prou. c. 3. cum dicit. per me
reges regnant. Quod de regia vestra maiestate dictum
intelligo: qui regna sua iusta acquisiuit: et pen-
denter ea quauerant: ita ut merito de ipso dicere
possim illud quod regina Sabba Salomoni dicebat. Be-
nigne viri tui: et benigne serui tui qui hic stant coram te
semper: et audiant sapientiam tuam. Sit dominus
deus tuus benedictus: cui complacuit: et posuit
te super thronum israel: eoque dilexerit dominus
israel in seipsum sempiternum. et constituit te regem:
ut faceres iudicium et iustitiam. ut habetur 3. reg. 10.
et 2. paraly. 9. de ahis vero regibus qui regna iniuste vel
turpiter acquisierunt vel non recte gouernant: dicitur
illud osee. 3. ipsi regnauerunt: et non ex me: princi-
pes extiterunt et non agnouit. Patet ergo ex iam
dictis quod potestas et iurisdictione est a deo per quem
reges regnant: asecutio tamen potestatis domini
sive iurisdictionis: et vsus non semper est a deo. Vide
habet quod modus perueniendi ad potestatem sive iu-
risdictionem: vel vsus potestatis vel iurisdictionis
iam adeptus: est malus vel illicitus: ut puta qui
ex peruerso hominis appetitu procedit: qui per
ambitionem vel quocumque alio illicito modo potestatem
adipiscitur

quattuor mo-
dis iuste perue-
nitur ad re-
gnum.

adipiscitur: iuxta illud Amos. 6. nunquid non
in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua.
Vel si potestate sibi data: utitur contra diuinam
iustitiam: sicut illud ps. 2. Astiterunt reges: et
principes conuenerunt in unum aduersus domi-
num et aduersus Christum eius. Modus autem
debitus perueniendi ad regnum dominium potesta-
tem vel iurisdictionem est quadruplex. Primo
per regni electionem deservientibus regis desfuncti
consanguineis: ut in regibus gothis hispanie usque
ad Rodericum infelicissimum obscuratum est: sicut
plene dixi in tractatu regum nauarre parte sexta.
Secundo per hereditariam successionem: ut primo
genitus filius regis aut alius proximior consangui-
neus: prout in regno nostro factum est post mise-
ram et calamitosam hispaniarum cladem Truianam
qui eiusdem Roderici temporibus propter homi-
num peccata euenit ut late in predicto tracta-
tu diximus. Tertio per matrimonium cum
regina
regni domina contractum: ut diximus supra. c. 3. §. 7.
Quarto per pape aut imperatoris concessionem in
terris ubi habet potestatem regem constituendi. Ita
disponit lex regni 2. par. ff. 1. l. 9. istis quidem
modis maiestas vestra regnum ^{sua} acquisiuit: nam
regnum aragonum et sicilie per hereditariam succe-
sionem obtinuit tanquam primogenitus regis joannis
patris vestri. Regna vero castelle et legionis habuit
propter matrimonium cum hehsabeth. seta et catholica
Regina contractum: cuius per rectam ac legitimam suc-
cessionem erant regna ipsa vnde quamuis regnum non tran-
sedit in duocem ut vult bal. in. c. significauit de res-
criptis in primis: inferens ex hoc quod si regina Apulie
nubit cuidam simplici militi: non facit eum regem: quia
essent iam duo reges in solium. et propterea sicut quod
regnum nec erit dos nec para fenale: nec in admi-
nistratione viri: nisi quatenus Regina committit: In non

§. Tertius.

Finaliter tempore natiuitatis Christi omnis potestas
 & iurisdictio diuisa erat in quatuor monarchias &
 regna. s. assirorum: item Medorum & persarum. Item
 grecorum & Romanorum: que confassata sunt per
 Christi natiuitatem: Omnis potestas & iurisdictio
 translata est in ipsum Christum: ut voluit hieronimus quem
 alii sequuntur in d. c. quod super his de uoto de qui
 bus infra dicemus. Quod aperissime colligitur ex
 Daniele in c. 2. ubi dicitur qd nabuchodonosor uisit
 per somnium statuam magnam: cuius caput erat
 ex auro: pectus & brachia de argento: uenter & fe
 mur de ere: tibiæ uero ferree: pedum autem quedam
 pars ferrea: quedam fictilis. Cum dictam statuam
 contempleretur: abscissus est lapis de monte sine
 manibus: & statuam ipsam contriuit: tandem lapis
 creuit in montem magnum: & impleuit totam terram.
 Quam quidem uisionem Daniel propheta: ut Hieronimus
 & Augustinus exponunt: ad quatuor monar
 chias adaptat. Assirorum & caldeorum uidelicet pro
 auro capite: & auro eos comparauit propter diuitias
 & studium sapientie: medorum & persarum pro ar
 gento in brachiis & pectore: qd priore minus: seque
 te manus. grecorum uero & macedonum monarchia
 pro ere uentre & femore quorum sonus longe lateq; dif
 fusus est. Sed Romanorum ultimo pro tibiis ferreis &
 pedibus partim uero fictilibus nam sicut ferrum
 metala domat: sic regnum romanorum sibi omnia
 regna subiecit. Unde circa Christi natiuitatem toto
 orbe romanis subiecto: exiit edictum a Cesare augusto
 ut describeretur uniuersus orbis luc. 2. c. & in hac
 descriptione soluebatur census siue tributum

negat quoniam hoc casu vir concussit raris uxoribus:
 quia eius lateris comitatus illustrat ut l. i. c. de
 prepositis laborum si. 12. sm. bal. de iure tamen
 nostro uerus rex dicitur qui cum regina matrimo
 nium contrahit: & regni administrationem acqui
 rit: & de iure comuni prefertur uir in dignitate
 potestate & iurisditione ratione sexus ut l. in mul
 tis ff. de statu hominum. & ibi glo. & doctores
 de que alias scripsi in c. noua de peni. & xmi.
 Regnum autem neapolitanum habuit ex concessione
 atq; infundatione Romane ecclie. has etiam insu
 las de quibus agimus sibi Romana concessit ecclia.
 Regnum uero nauarre propter hodiernum scisma
 ut plene ac diffuse in tractatu regni nauarre dicimus
 & ita omnia regna que habet: iuste acquisiuit &
 recte illa gubernat. Utrunq; autem a deo est. s.
 potestas uel regnum seu iurisdictio & usus. Quamuis
 regna dicuntur cognita seu inuenta de iure gentium
 ut l. ex hoc iure ff. de iusti. & iu. & consequen
 ter iurisdictio quam reges necessario habere debent.
 & cum uno nomine iurisditiones uocarentur: de
 iure civili processit differecia nominum & forma tan
 iurisditionum & officiorum ut l. imperium ff. de
 iurisditione om. iu. ideo aliqui dicunt iurisdictio
 nes esse de iure civili. Item qd iudicia habent for
 mam de iure civili: nam de iure gentium iudicia
 non habent partes formales distinctas: nec or
 dinem compositionis: quem nunc habet. ut l. 2.
 §. deinde ff. de origine iuris. Ideo iurisdictio dici
 potest de origine iuris civili: quamuis origine dica
 tur de iure gentium sicut ipsi reges iurisdictio
 nem habentes. ita declarat bal. in d. l. ex hoc iure
 co. 2. & nunquid ergo. & p. co. & opponitur. 2. §.
 Concludamus ergo ex omnibus que diximus
 iurisditionem processisse a deo: inuentam fuisse
 a iure gentium: ordinatam esse a iure civili.

his toris tradunt) in recognitionem debite servitu-
 tis: non sine misterio: qz ille natus est verus
 erat mundi dominus & monarcha: Cuius vices
 gerebat Augustus: licet non intelligens: sed natu-
 dei sicut caiphas prophetauit. Vnde hoc insom-
 ctu ductus Cesar mandavit tunc temporis ne
 quis de Romano populo dominum ipsum
 Vocaret: vt ista refert Pau. orosio. in fine libri
 sexti: Isidorus Ithimo. l. 9. c. 3. & bñs Iho
 in tractatu de regimine principum l. 3. c. 12.
 ante finem domini quidem appellationem: Vt
 maledictum & probrum semper exortuit: vt
 inquit suctonius. l. 2. refert Archi. flo. 1. pte
 historiali. ff. 4. c. 6. §. 1. 2. cō. de quompa. 7.
 c. 8. ad finem indicibus autem istius regni Ro-
 manoz: excitavit deus quantum regnum Viāli
 cet ipsius Chri sicut propheta Micheas. c. 5. pre-
 dixerat dicens: ex te orietur dux qui regat popu-
 lum meum: transcribitur per mattheum in. c. 2.
 de quo angelus luc. 1. prodit virgini marię dicens
 omnes gentes servient illi. 23. q. 4. c. displicet
 omnia enim subiecta sunt Chri oves & boues
 insuper & uniuersa pecora campi vñ habetur in ps.
 8. vbi dicit glo. omnia dixit qz nec celestia nec ter-
 rena dimisit. ar. 19. di. c. si romanoz. & c. manda-
 ti. 1. a procuratore. per oues enim intelligimus Christi-
 anos: quorum se dicit esse pastorem. jo. 10. transum-
 ptive in. c. tres personas 23. q. 4. per oues enim
 & pecora campi: intelligimus infideles presertim
 sarracenos qui tanq̄ bestie ratione carentes relictu
 Vero deo collunt idola. & q. sarraceni recte regni pa-
 rentur bestis probat magister in historia scolasti-
 ca s̄ genesis. c. 49. cuius fecimus mentionem in. c. 3.
 §. 7. prope finem: vt per olara. §. 72. & albertiq.
 in ru. C. de paganis co. 2. Habuit ergo Christus po-

- testatem

testatem super omnes homines mundi etiam infi-
 deles cum in nomine eius omne genu flectatur
 celestium terrestrium & infernoz: vt dicitur ad
 Phil. 2. & latius dicemus infra. §. 7. Itaq̄ ha-
 buit potestatem non solum spūalem vel circa spūalia:
 Verum etiam temporalem & circa temporalia &
 sic vtrunq̄ sceptum Chri accepit a patre: Vt inquit
 Ciriilus Patriarcha Alexam. in libro thesaurorum:
 quem refert & sequitur sanctus Iho. in tractatu
 contra errores grecoz. c. 63. idem viduit Ricar-
 dus Mathiei ultimo: dicens. Reges sunt triplices:
 quidam regant sibi subditis: quo ad terrena &
 principes seculares: quidam quoad spūalia:
 vt eccliaz rectores: quidam regunt semet ipsos
 vt singuli fideles. Christus est princeps omnium
 regum: quia ab ipso est omnis potestas secularis
 principum & cura pastoralis rectorū ecclie & sin-
 gularis solertia cuiusq̄ fidelis circa se ipsum. hec
 ille: quem refert & sequitur prepositus in. c. 1.
 15. dis. cō. ii. in fine ideo in prohemio decretalium
 Chri appellatur rex pacificus. Benefacit. 23. q. 1.
 §. 1. quod videtur rationi consonum cum re vera
 potestas temporalis a potestate spūali Vt a maiori
 & digniori dependeat: vt traditur in. c. scilicet de
 maro. et abe. In extrauaganti inam scilicet.
 Post Christi vero natiuitatem: vicem monarchie
 eius gessit Augustus quatuor & decem & quinq̄
 & decem s̄m alios annos toto orbe terrarū subdaco:
 qz vt acta principum romanoz distribuunt:
 dictus Cesar Augustus quinquaginta sex annos
 & menses sex tenuit principatum. Tiberius etiā
 qui eidem augusto sucesit: vt narrant historię Chri
 tanq̄ verum dominum inter deos transferri voluit:
 licet impeditus fuit superbo & factuoso senatu in pa-

hente aliquid dominij s^m orosium *¶* refert b^{atus}
Thomas in tractatu de regimine principum li. 3. c. 12.
ante finem. Sed quis Ch^{ristus} utranq^{ue} habuerit potes-
tatem siue iurisdictionem. s. sp^{iritu}alem & temporalem
q^{ui} inter homines fuit: sola sp^{iritu}ali usus est: Vt ex
discorso euangelistar^{um} liquide constat. Quia cum
opus precipuum ad quod redemptor Ch^{ristus} Venerat
in mundum: erat instructio & redemptio n^{ost}ra: cui
ipse totus ~~erat~~ intentus: alia vt pote inuicem abis re-
linquebat. propterea dixit Joa. 18. regnum meum
non est de hoc mundo. vbi Ambrosius dicit terrena
declinat: q^{uia} propter celestia descendit hec ille.
Quor^{um} verbor^{um} sensus est q^{ui} pot^{estas} vel auctoritas qua
rex erat: non est ex hoc mundo: sed a deo vt sup^{ra}.
dictum est. Vel possunt intelligi de fidelibus electis per
gr^{ati}am separatis & celestibus effectis: qui non sunt ex
hoc mundo s^m Augustinum de sp^{iritu}alibus cog^{it} &
celestibus: erat sibi principalis cura: vt satis patet
ex iam dictis. & adhuc idip^sum ostendunt redempto-
ris verba de quibus per Jo. 3. cum dixit. non enim
missit deus filium suum in mundum vt iudicet mun-
dum: sed vt saluetur mundus per ipsum. hinc est
q^{ui} eundem dicenti magister hic fratri meo: vt d^{omi}n^{us}
dat hereditatem meam: respondit. homo quis me
constituit iudicem aut diuisorem ~~in~~ Vos. lu. 12.
designabatur enim executionem facere super tam-
p^{er}u^{er}is rebus: imo voluit q^{ui} recurret ad inferiores
iudices qui talibus intendebant. Vnde Ambrosius
ibi. Bene ergo terrena declinat: qui propter divi-
na descenderat: non dignatur iudex esse h^umanum
aut arbiter facultatum: qui viuor^{um} & mortuor^{um}
habet iudicium & merit^{um} arbitrium. 1. cor. 6.
& si in vobis iudicabitur mundus indigni estis qui
de minimis iudicatis. nescitis q^{ui}m angelos iudicabimus

quanto

32
quanto magis secularia? secularia ergo iudicia
si habueritis: competentibiles qui sunt in c^{ele}stia: illos
constituite ad iudicandum. hec ibi. hinc est etiam
q^{ui} cum t^{er}ra voluisset eum facere regem. fugit: vt
habetur Joa. 6. quia vt dicit ibi s^{er}uus t^{er}ra. derogas-
set dignitati eius si regnum ab homine accepisset:
qui dicit proph. 3. per me reges regnant. Item pre-
iudicasset eius doctrine: si fauorem ab hominibus
accepisset. Sic enim se habuit & docuit vt totum
diuine virtuti attribueretur. Item vt doceret nos
humanas fugere dignitates: vt late scripsi in
tractatu de consilio & consiliariis regis. c. 10. ha-
bebat ergo utranq^{ue} potestatem a deo: sed raro usus
est temporali: vt q^{ui} fecit flagellum de funiculis
& iecit ementes & vendentes de templo numu-
larior^{um} mensas euerit: & dixerunt iudei in qua
potestate hec facis. vt habetur Jo. 2. c. & ps. di. c.
cum b^{atus} paulus 1. Pauci quidem actus iurisdictionis
temporalis a Ch^{risto} facti reperuntur: non quidem
q^{ui} utranq^{ue} non habuisset potestatem: sed q^{ui} vt
paulo ante dicebamus Venerat in mundum: vt
nos redimeret: & quasi omnes eius actus Ver-
sabantur circa eruditionem n^{ost}ram & pauci circa
exercitium cuiuscunq^{ue} iurisdictionis s. c.

§. Quartus: ~

Postq^{ue} vero Ch^{ristus}: id propter quod Venerat
in mundum expleuit: ascensus ad patrem post
resurrectionem tanq^{ue} bonus Pater familias: ne ge-
nem suo pretioso sanguine redemptam: absq^{ue} pas-
tores desereret: ipsius curam b^{atus} petro apost^{olo} b^{atus}:
vt sae stabilitate fidei ceteros in Christiana re-
ligione firmaret: eor^{um}q^{ue} mentes ad salutis opera

accenderet deuotionis ardore comisit: ut dicit tex-
tus. in. c. pro humani de homi. li. 6. Et tradit dñs
tho. in summa contra gentiles li. 4. c. 96. Itaq; ante
resurrectionem Chrs petrum elegit in principem: qui
luco sui remaneret in terris: sed confirmationem dñs
tulit post resurrectionem: ut discipuli quibus preesse
debut: preberent assensum in spūs electionis facien-
de cum nemo inuitus est. 6i. di. c. nullus sic dicit
Ioa. de fau. Et sequitur archi. in. c. in nouo. 21. di.
Vtramq; igitur potestatem Et jurisdictionem quam
Christus habebat: petro pro ceteris apostolis comisit.
Totumq; ecclie regimen: quantum necessarium erat
Et expediebat ad regimen totius ecclie. Et sic ista
plenitudo potestatis est in papa ministerialis: Et
tanta censenda: quanta necessaria est ad regi-
mem vniuersalis ecclie Et salutem fideium prece-
randam. Ut tradit prepositus Alexan. 15. di. in su-
ma co. 14. Vtramq; autem potestas s. temporalis Et
spūalis erat necessaria ad regendam eccliam: q; spūalia
sine temporalibus diu esse non possunt
petro ergo Vtramq; comisit Et comunicauit cum
dixit Math. 16. ego dico tibi: q; tu es petrus Et
super hanc petram edificabo eccliam meam: Et tibi
dabo clauis regni celoꝝ: Et quod cumq; ligaueris
super terram erit ligatum Et in celis. Vbi quatuor
ponuntur clausule omnes significantie dominij Petri
suorūq; successorū super omnes homines: propter quas
merito summus pontifex Romanus Ep̄s dici potest
rex Et sacerdos. Si enim dominus noster ih̄sus Ep̄s
sic appellatur: Ut Augustinus probat 15. de ciuitate
dei: non videtur incongruum suum sic vocari succe-
sorem circumscriptis rationibus que possent adduci q;
satis est clarum. ita dicit bñs tho. in tractatu de
regimine principum. li. 3. c. 19. Vtramq; igitur potestas
Et clauis per Cr̄m data est petro cui dixit Math. 16. c.

tibi dabo

39
tibi dabo clauis regni celoꝝ. illi autem soli hoc
dictum est: tanq; ahoꝝ principi: Ut ostenderetur
potestas clauium per eum a dñis deriuanda ad con-
seruandam ecclie vnitatem ita dicit bñs tho. in
4. contra gentiles. c. 76. Et 4. sm̄ay. di. 24.
q. fi. Item hoc dixit soli petro: ut euitaretur con-
fusio que inter discipulos foret: si omnibus clauis
tradidisset. Et quis de presenti non daret:
sed daturum promittit: credendum est Et tenendum
q; postea tradidisset: cum deus sit ip̄a Veritas
Ique mentiri nescit Jo. 1. ego sum via veritas Et vita.
Aliqui dicunt q; eas sibi tradidit: cum dixit. pasce
oues meas. Math. 16. transumptiue in. c. signifi-
casi de electio. Vbi dicit glo. in Jo. pasce oues meas:
q; per hec verba dedit eum deus in prelatum. Idem
vult glo. in. c. considerandum 50. di. que dicit
q; per hec verba factus est princeps non per illa tu
es petrus et c. q; illa fuerunt sibi dicta ante passio-
nem. Alii dicunt q; clauis petro dedit qñ dixit: tu
aliqui. conuersus confirma fr̄es tuos lu. 22. c. Super
quo verbo Crisostomus ait: prepositus esto Et apud
sc̄m. Et ip̄m te loco mei surrentes ubiq; terrarū Et
in throno tuo sedentem predicent Et confitent.
Petrus ergo obtinuit ut esset antistes mundi. hec ille.
Item math. 17. dñs soli petro dixit ut hamo pesca-
retur. super quod ait ambrosius ut habetur 24. q. 1.
est et aliud piscandi genus quo genere solum petrum
pescare dominus iubet. per quod nobis aperit: q; soli
petro datur iurisdictio: ex quo datus est sibi Hamus:
continens virgam que est iurisdictionis signum: quam
pastoralem baculum appellamus. ut. c. inter dilectos
de fide m̄stra. non in vtitur baculo curuo: sicut ep̄i
q; non habet curuam potestatem: quod baculi cur-
uatio designat. ita dicit sc̄us Tho. 4. di. 24. in fi.



Refert febi. in ru. de consti. c. 3. §. Et ista pars
est tex. cum glo. in c. vno in fine de sacra vnctione.
Que quidem iurisdictio ad spualem & temporalem
refertur: vt patet ex iam dictis & colligitur ex
c. solite de maro. Sobr. Et nouit de iudi. Et de
foro competentis. Et c. per venerabilem qui filii sunt
legitime cum ibi notat. Quod autem beatissimus petrus
apostolus solus a dno accepit principatum: firmat
leo papa scribens. Dionoro eps alexan. vt habetur in
c. cum beatissimus. 24. q. 1. Et Cyrillus eps
alexan. in libro thesaurorum vbi dicit. sicut dñs
accepit a pte duplex sceptrum ecclie gentium ex isra-
el egrediens se omnem principatum & potestatem
& super omne quocunq; est: vti ei gentia cuncta cur-
uarentur: plenissimam potestatem sic & petro & eius
successoribus plenissime commissit: vt membra manea-
mus sub capite nostro apostolico throno romanoq;
pontificie loco illius qui ipsam edificauit: & nulli alii
quod suum est plenum: sed ipsi sibi dedit: cui omnes
iure diuino caput inclinant: & primates mundi tanq;
ipsi domino ihu xpo obediunt. hec ille. quem refert
scelus thro. in tractatu contra errores grecor. c. 68.
habuit ergo solus petrus a dno vtrinq; potestatem:
cui sibi dictum est duc nauim in altum. lu. 9. quod
declarans Ambros. mirabiliter dicit: sibi petro dicitur
duc in altum nauim: id est profundam disputationem
hoc est fidem ecclie & ipsam defendant eccliam:
que vna est catholica & aplice: extra quam nec
salus est nec remissio peccatorum: que vnum est cor-
pus mysticum: cuius caput est dñs & eius vicarius
petrus petriq; successor. in hac aut potestate duo sunt
gladii. scilicet spualis & temporalis vt. c. omnes. 22. di. Et
ibi glo. spualis ab ecclia: temporalis vero pro ecclia exer-
cendus est manu regum & militum ex concessione vel
permissione ecclie: vt ex iam dictis ista colligi possunt:

in quibus

no dicitur
rillus duplex
pceptus. et go
no fideliter refert.

in quibus hodie amplius insistere non licet: cum
iam sint per eccliam ita decissa. Vt habetur in ex-
trauaganti bonifacii octauu que incipit vnam scdm.
illa ergo potestas iurisditionis & prelationis necessa-
ria ad regendum eccliam que fuit in deo: translata
est in xpm monarcham mundi: & a xpo in pe-
trum vnicum presulum & pastorem ouium vni-
uersi orbis: dicente dno ipsi petro: pasce oues meas.
meas inquit generaliter non singulariter has vel
illas. per quod commississe sibi intelligitur vniuersas.
siue ergo greci siue alii: se dicunt petro eiusq; sui-
cessoribus non esse commissos: fateantur necesse de
ouibus christi non esse: dicente domino in iohane
vnum ouile & vnicum esse pastorem. Ita dicit bo-
nifacius in preallegata extrauaganti vnam scdm
post principium. mundus enim totus pronauicu-
la petro datus est: ita quidem habuit sedem in
antiochia sicut in Roma: & vtruncq; voluisset:
posset esse sedes sua etiam in Babilonia: nam cum
haberet potestatem plenam in omni terra: & in omni
homine eam habuit: quia deus sibi omnem creatu-
ram subiecit: vnde potuit infideles etiam iudicare
ita notanter dicit Petrus de palud. 4. snia. di. 4.
q. 4. prope finem ad cuius confirmationem potest
adueni textus notabilis in c. cum eps de off. ex. li. 6.
vbi dicitur: q; eps in quolibet loco sue diocesis: potest
pro tribunali sedere: & libere exequi que ad illiq;
expectant officium: & in ecclia vel palatio suo vel
in camera sua potest audire causas & ius reddere
sm abb. in c. q. fronte in prin. de appela. Idem ergo
poterit facere petrus eiusq; successores quibus vniuer-
sus mundus datus est pro diocessi vel nauicula vel
territorio vt. c. cuncta per mundum Et c. per prin-
cipalem. q. q. 3. tradit Petrus de ancarrano. in c.

presenti cō. z. de preben. li. 6. Hoc autem
privilegium petro concessum transiit in eius
successores: quia in persona petri omnibus succe-
sibus data est potestas ab ipso Christo. Ita quasi
recte consideretur quibus plures sunt persone que
petro succedunt: unus tamen solus est papa usque ad se-
culi consumationem: ut colligitur ex predictis &
bene facit textus in c. 1. de translatione epi vel
electi. & in extravaganti p. 22. que incipit si
fratrum post principium: que hanc reperitur
sub titulo ne sede vacante: quam bene notabis.
Unde Romanus Pontifex successit beato petro in
ea perfectione potestatis & dignitate vicariatus
qua ipse beatus Petrus a Christo in ecclesia sublimatus
est. Ita dicit sanctus thomas in libro 4. contra gen-
tiles. c. 76. & in tractatu contra errores gre-
corum. c. 69. Unde merito papa petri successor ean-
dem plenitudinem potestatis habet ut dicit textus
in c. ad honorem de aucto & usurarij. Quinimo
non paxi homines sed veri dei vicem gerit in
terris ut dicit textus in c. quanto de translatio-
ne episcoporum. Propterea papa dicitur vicarius summi
regis & preces regibus & imperatori & facit idem
consistorium cum Christo sancti hostiensem ibi. Unde
appellans a sancta pace ad Christum. Videtur heresim
sentire: sentiens quod papa non sit Christi vicarius.
nec habeat idem tribunal cum Christo. Ita not
dicit Collectarius in c. que multoties de re. iij.
Sequitur alexandrinus in c. preceptis. 2. cō. 12.
di. pro quibus bene facit textus in c. non putamus
de consue. li. 6. & in c. Romana in prim. de appe-
eo. libro. Vbi ab officiali & vicario generali epi
non appellatur ad ipsum episcopum. ne ab eodem ad se-
ipsum cum sit idem consistorium utriusque appellatio

interposita

interposita Videatur. Petrus ergo & successores
utramque habuerunt potestatem & utrumque gladium:
ut ex iam dictis satis constat & signanter ex c. i.
de homi. li. 6. & in c. quibus. 21. di. & in c. omnes
22. di. & in c. sacrosancta eadem. di. & in c. Basi-
licas in fine de consecra. di. 11. & in d. extrava-
ganti unam sedem. Traditur per sanctum thomas in
suma contra gentiles li. 4. c. 76. & in tractatu
contra errores grecorum. c. 69. & habet papa pleni-
tudinem potestatis pontificalis quasi rex in regno:
sed epi in partem sollicitudinis quasi iudices in
quibus civitatibus prepositi propter quod etiam solos
eos in literis suis fratres vocat reliquos autem omnes
vocat filios. Ita dicit sanctus thomas 4. di. 29. ad 4. in
solutione 3. q. ad hoc textus optimus in c. in nouo
21. di. de istis plenius dico in tractatu scismatis
in prim. ubi videas.

§. Quintus.

utrumque gla-
dium.

Sed quamvis Christus Petrus & successores
utramque habuerit potestatem vel iurisdictionem
sive gladium spirituale scilicet & temporalem:
spirituali pluries vsi sunt: temporali vero rarissime:
nam hoc certum est quod sacram scripturam relegendes:
inueniunt sola una vice christum potestate tempo-
rali usum fuisse: quando fomiculis negotiatores ex
templo detexit: ut supra diximus. Petrus etiam dam-
navit iudicialiter Ananiam & eius uxorem nomi-
ne saphiram proximine furti & mendacis actuum. &
& in scolastica hystoria actum a postolorum. c. 22. Unde
augustinus de mirabilibus sacre scripture. hec
inquit) quanta est apostolica virtus: sanum

Ananiam dum petrus exquit: per sermonis tan-
tum imperium: morte ligauit: & Tabitam mor-
tis vinculo ligatum: eadem imperij potestate dis-
soluit: ut & apostolica quanta esset potestas os-
tenderetur: hec ille. Item Petrus demonibus
precepit: ut dimitterent simonem magum: quem
per acrem in altum ferebant: & cadens obiit ut
habetur. Alii etiam apostoli ex concessione
petri vsi sunt temporalis iurisdictione: aliqui
per se aliqui per angelos bonos vel malos: Nam
Paulus tradidit sathane duos viros propter blas-
phemiam. 1. thi. 1. Item tradidit incestuosum
sathane. 1. corin. 5. habetur in c. cum beatus ps. di.
item galathi. 1. excommunicauit apostolus angelos
& alios euangelizantes aliud euangelium. Item
Paulus apostolus contra Elimam magum querentem
auertere preconisalem a fide: dixit: (o plene omni-
dolo: & omni fatalia filii diaboli: inimice omni-
iustitie: non desinis subuertere vias domini rectas:
& nunc ecce manus domini super te & eris cecus: non
videns solem vsq; ad tempus: & confestim cecidit in
eum caligo & tenebre: & circuens querebat qui
ei manum daret ut habetur actuum. 17. c. Item
ad iusum iacobi demones duxerunt ad eum sermo-
genem magum ligatum ut habetur.
oportebat autem in primitiua ecclia aliqui vindic-
tam exercere. quoniam enim primo promulgatur leges:
solent ad eas sanctiendas graues vindictae exerceri:
ut rigorem promulgatae legis seruarent seueritas vin-
dictae. Unde in initio legis nascentis pro collectione
ignorum in sabbato: lapidabatur homo. in initio sa-
cerdotii duo filii elaxon igni consumpti sunt pro
ablato igne alieno. Ex castigatione autem & puni-
tione aliorum de quibus supra: factus est timor magnus

in omnes

42
in omnes qui audierunt: ita dicit Petrus comes-
